UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

Quarto die Sabbati Quadragesimæ: Homilia Vigesimasexta. De adultera. Perrexit Iesus in montem Oliueti & diluculo iterum in templum. Ioan. 8.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52962

Visual Library

noverat cœleſtis illa ſponſa, filios eſſe regeneratos ex ſemine verbi Domini, prout poſtmo
1. Pet. 1. dum Eccleſiæ princeps expoſuit: *Renati non ex*
23. *ſemine corruptibili ſed incorruptibili per verbum Dei.* Eo deſtinat oppidanos, vt ex ore eius verbum audiant: ſicut & D. Ioannes Baptiſta ſuos remiſit diſcipulos ad Chriſtum vt ad auctorem, & fidei conſummatorem, qui diuino ſuo verbo illam in eorum cordibus ſeminaret. Turmatim omnes foras egrediuntur, Saluatori occurrunt, eius verba percipiunt, in ſuam deducunt ciuitatem, illam Chriſtus ingreditur & ex profeſſo prædicat illis, docetq; e nouæ legis Euangelium. Miraberis omnes in filios eius per viuam fidem regeneratos, quos audias conclamantes: *Ipſi audiuimus, & ſcimus: quia hic eſt verè Saluator mundi.* Benedictus qui venit in nomine Domini, tui te collaudent Angeli, tuæ tibi miſericordiæ confiteantur. Quod ſi hanc quærendo mulierem quieuiſti ad puteum fatigatus; tuis aduolutus pedibus oro ſuppliciter:

*Quærens me ſediſti laſſus,*
*Redemiſti crucem paſſus,*
*Tantus labor non ſit caſſus.*

Quæſo Domine non ſit gratis iſta tanta fatigatio, non inaniter tantus profluat ſudor: ſed vt errantem me inuenias, cordis emollias duritiem, animam meam tibi deſponſes, vt tuá virtute in illa filij bonorum operum producantur in lucem, illam cœleſtibus gratiæ donis oppignora in hoc mundo, & in altero gloriæ dotibus ſempiternæ, Amen.

# SVMMARIVM

## HOMILIÆ VIGESIMÆ SEXTÆ SEQVENTIS.

OSTENDIT nobis Euangeliſta Ioannes impletum illud Dauidis de Chriſto vaticinium: quod conculcaturus eſſet leonem & draconem; cum ſuos pudore confuſos vicerit inimicos: qui primò viribus acceſſerant
a§. 1. vt leones, & modò velut dracones aſtutiâ verſipelles. *a.* Quinque concluditur articulis: primus nobis Chriſti proponit exercitia (eaque omnia in bonum noſtrum) qui inter Deum hominemque munere fungebatur
b§. 2. mediatoris. *b.* pernoctans in oratione, docens, quá ratione variis in occaſionibus
c§. 3. 4. ſit orandum. *c.* Secundus inimicorum eius deſcribit exercitia, quærentium quo
5. 6. modo ipſum irretirent; quod poſſe facere ſibi perſuaſerunt, illi mulierem offerendo in adulterio deprehenſam, quod cum illa crederet occultum, factum eſt pud§. 7. 8. blicum. *d.* graue eſt hoc peccatum, magnaque gignens incommoda. *e.* quod ſi in
e§. 9. 10. 11. veteri lege Deum illud adeò ad iram prouocarit, multò fortiùs in lege Euangelica.
f§. 12. 13 *f* Tertius refert, qualiter ei laqueum parauerint, adulterá ei offerédo, rigoréque leg§. 14. gis, quæ reá adulterij lapidari præcipiebat; lex iuſta. *g.* quàm iniuſtũ eſt mundi iudicih§. 15. um, quod nó in viris, ſed in mulieribus ſolummodo caſtigari vult adulterium. *h.* ex
i§. 16. iuſtitia legis Moſaicæ, legi miſericordię Chriſti laqueos expandebant. *i.* Quartus oſtendit qualiter Dominus noſter, vt illo ſe laqueo expediret, & dracones conculk§. 17. caret, primò ſe inclinauerit, digito ſuo ſcribens in terra. *k.* Quintus tandem nobis parat ſententiam, iuſtitiæ ſtrictę contra Iudęos à Chriſto pronuntiatam, ſua illis
l§. 18. 19. peccata manifeſtando, dum ſcribit in terra: & benignæ miſericordiæ in adulteræ
m§. 20. 21. 22. fauorem *l.* illam in omnibus foris ſeu tribunalibus abſoluendo. *m.*



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

§. 1. *Euodatur hodie difficultas de via colubri ſuper Petram, ſuperat Chriſtus draconem, abſorbetq; Iudices.*

§. 2. Perrexit Ieſus in montem, & diluculò venit in templum. *Oſtendit ſe Chriſtus mediatorem à Iob deſideratum: & prælatis ac prædicatoribus. quòd tales eſſe debeant; præbet exemplum.*

§. 3. Perrexit in montem Oliueti. *In tribus præſertim occaſionibus orauit Chriſtus docens nos in iiſdem orare ſimiliter: prima eſt negotij grauioris occaſio.*

§. 4. *Secundò orauit tempore paßionis: eſt oratio remedium, quo laboribus, pœniſq; liberemur.*

§. 5. *Tertiò Saluator orat, quia Iudex futurus: tales namque decet oratio, vnde dicuntur fortes Iſraël.*

§. 6. In montem Oliueti &c. Adducunt mulierem &c. hæc mulier modò deprehenſa eſt. *Vigilat Chriſtus, in orando ipſi in machinando. Mulierem in adulterio deprehendunt: qui namque per terram ambulat impreſſa relinquit veſtigia.*

§. 7. Deprehenſa eſt in adulterio. *Perpendat adulter, quod ſi illum homines non videant, illum tamen Deus videt, & Moyſen imitetur.*

§. 8. Hæc mulier modò deprehenſa eſt. *Quando minus adultera ſuſpicatur, peccatum ſuum videbit productum in forum, quod ita Deus propalat, ſicut bonorum virtutes.*

§. 9. In adulterio. *Adulterium cæcitas eſt cordis cuius Iob exponit ſupplicium, & patet in vxoribus Dauid.*

§. 10. *Adulterij damna declarat Iob, quæ patebunt in eo, quod Deus locutus eſt Abimelech, & ipſe Abrahæ.*

§. 11. *Nullum inſtituit Deus expiando adulterio ſacrificium, ſed bene contra illud, zelotypiæ ſacrificium perpetuo firmatum miraculo.*

§. 12. *Semper ſe Deus oſtendit adulterio grauiter offenſum eo quod ipſe auctor ſit matrimonij.*

§. 13. *Habet adulterium in lege Euangelica aliquid de ſacrilegio: quia matrimonium eſt ſacramentum in quo viuendum eſt vt ait D. Petrus* Secundum ſcientiam,

§. 14. Præcepit nobis Moyſes lapidare. *Fortis eſt, ſi velit, mulier & iuſtum eſt vt ſeuerius, ſi ſit inhoneſta, puniatur.*

§. 15. *Sequuntur illi iniuſtam mundi conſuetudinem, adulteras, & non adulteros condemnantes.*

§. 16. Hæc dicebant tentantes eum. *Laqueum parauerunt iſti Chriſto Gordianum: fuerunt ſicut Rechab & Baana, ſed abſtulit Chriſtus balenæ laruam.*

§. 17. Inclinans ſe Ieſus digito ſcribebat in terra. *Multa cõtinet myſteria hæc Chriſti in terra ſcriptio, & quidem ſe inclinando: myſterium declaratur Cameli.*

§. 18. *Scribit in terra* Dominus *adulteram iudicaturus, quò Iudicem præmoneat, vt reum iudicaturus, eius pariter compatiatur infirmitati, propriam agnoſcendo.*

§. 19. Iterum inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. *Scripſit Chriſtus eorum peccata, quò illos confuſos eliminauit.*

§. 20. *Se probat Chriſtus verum Deum, dum ad lucem profert accuſatorum adulteri peccata ſecretißima.*

§. 21. Qui ſine peccato eſt veſtrûm &c. *Apprehendit manibus Chriſtus duo extrema Iuſtitiæ, & miſericordiæ, quò fugat impios, pro vt Iob proponit.*

§. 22. Remanſit ſolus, Ieſus &c. *vade Sola remanſit hæc cum Chriſto peccatrix, tu quoque in vltimo vitæ ſpiritu ſolus remanebis, illam in omnibus ſuis tanquam Deus & Dominus abſolutus abſoluit.*

# HOMMILIA XXVI.

## DE ADVLTERA.

### Quarto die Sabkati Quadrageſimæ.

*Perrexit Ieſus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum.* Ioan. 8.

1 HODIE nobis offert Apoſtolus & faſtorum Chriſti commentator D. Ioannes laqueum à Phariſæis, Scribiſque Redemptori capiendo præparatum doloſum adeo, vt illum euadere, arbitrarentur poſſe neminem: Statuunt illum inter arcum & parietem, inter malleum & incudem (a) inter iuſtitiam & miſericordiam, ſibi perſuadebant quòd neceſſariò vel offenderet in miſericordiam, quam prædicabat, aut in iuſtitiam, quam lex Moyſi decernebat, Illos remiſerat Dominus pudore confuſos, quando miſſis ſuis apparitoribus, vt illum captiuum apprehenderent ipſos conuertit apparitores, reuerſique ſunt ipſi ad Phariſæos magnitudinis Chriſti Prædicatores. Egreditur de Ieruſalem, & ad ſibi familiare ſucedit oratorium, montem ſcilicet Oliuarum, vbi pernox in oratione perſeuerat, à Patre miſericordiarum pro hominibus poſtulans miſericordiam: eà namque de cauſa inter arbores perorabat, quæ ſunt miſericordiæ ſymbolum: *Orat Dominus* (loquitur Diuus. Ambroſius) *non vt pro ſe obſecret, ſed vt pro me impetret.* Porro ſi Chriſtus tota vigilet nocte, non illi dormiunt quo Chriſtum laqueis comprehendant. Chriſtus igitur eluceſcente aurora in templum reuertitur, vtque fons miſericordiæ, quique ex Oliuis egrediebatur, illam ſecum deferebat, multò felicius, quam columba illa ramum deferens oliuæ, quæ diuinam Noë deſignabat ipſam miſericordiam. Concionem inchoat, & ecce tumultuariè magno ſtrepitu multoque bombitu conueniunt: tollite portas ſecedite fiat locus Domini veniunt. *Ecce trahebatur* (Chriſtianus canit Poëta Sedulus) *magnâ ſtipante catervâ* Inopem trahunt mulierculam præcedenti nocte adulterij crimine violatam, Chriſtoque offerunt iudicandam: *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio*: quid de hoc crimine decernat Moyſes notum eſt omnibus, nempe vt rea lapidibus obruatur: noſſe quærimus, quam tu de illo feras ſententiam q. d. miſericordiam prædicas eiuſque leges decernis, modò videamus in cuius ſis fauorem laturus iudicium, Aut legi Moyſi oportet aut tuæ ſis aduerſarius.

(a) Entre duero y jeuta-jada.

D. AMB. In cap. 6. Luca. li. 5. Tom. 3.

Lib. 3.

Malus laqueus. Porro ſine cerebro capita, iam vos pridem Spiritus S. admonuit ne in tantam laberemini mentis amentiam, vt retia pandatis auibus ipſa ſpectantibus: *Fruſtra iacitur rete ante oculos pennatorum.* ipſe namque laqueos euadent, tu verò ſtultitiæ arguêris confuſuſque reuertêris: nec aliter ſe res habuit: inclinans ſe enim Saluator digito ſcribebat in terrâ. Arbitrabantur Chriſtum ſeſe ſubducere velle propoſitæ difficultati & ſcribendo quærere diuerticula, nec non nullo dato reſponſo laqueum eludere, inſtant igitur Magiſter: tuam nobis profer to concluſionem: erigit ſe Chriſtus atque: ſiccine? dico igitur nec legis contradico decreto verumtamen hoc dico, quod ſi rea criminis ſit lapidâda; hoc manibus nequaquam fiat nebulonum: quocirca ille primus in eam lapidem mittat, qui nullo inter vos ſit crimine damnabilis: iterum ſe inclinat ſcribitq; denuo in terrâ, arte tali tātoq; miraculo, vt quiſque ſuum in eâ legeret ipſe peccatum, clareque noſceret ſe millies ipſâ adulterâ reprehendi poſſe nequiorem. Itaque

Prou. cap. 2. 17.

confuſi vnus poſt alterum elabebantur, ita vt ſolus maneret Dominus, & mulier in medio à nemine condemnata; erigit ſe Dominus, mulierem alloquitur: dicito tu mihi: vbinam ſunt qui te accuſabant? num te eorum aliquis condemnauit? non condemnauit. Confide igitur, te condemnante nemine, nec ego te condemnabo: *Vade & iam amplius noli peccare.* Tua laudetur Domine Miſericordia. Eo die quô tantam illam demonſtraſti, nobis tua non deerit gratia illam præſertim ſi poſtulemus Virginis puriſsimæ Matris Mariæ intercesſione, eam ſalutantes. *Aue Maria.*

*§. 1. Enodatur hodie difficultas de via colubri ſuper petram, ſuperat Chriſtus Draconem, abſorbetque Iudices.*

2 LIbrum compoſuit cum Sanctus tum doctus Pater Ambroſ. quem prænotauit: *De Salomône*: ea namque fuit auctoris intentio, in illo, tres illas explicare difficultates, quas Salomon iudicabat inexplicabiles, & quartam quæ omne ſapientis ſuperabat ingenium (a) ſunt autem hæ: *Via aquilæ in cœlo. Via colubri ſuper petram. Via nauis in medio maris. Via viri in iuuentute.* Ita legit D. Ambroſ. primum igitur orditur cum admiratione capitulum: vnde Salomôni hęc adeo viderentur eſſe difficilia, imo quod in illis explicandis aliquod oſtenderet ipſe negotiũ quando namque Dominus illi quælibet petenda conceſsit, *Poſtula quod vis vt dem tibi* Ille non niſi ſapientiam petit; cui quoque Dominus: *Dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum. vt nullus ante te ſimilis tui fuerit, nec poſt te ſurrecturus ſit.* Pro huius, confirmatione de ſe ipſo hoc profert teſtimonium: *Ipſe dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram; vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum, & virtutes elementorum, initium, & conſummationem & medietatẽ temporum, viciſſitudinũ permutationes, & commutationes temporum anni curſus, & ſtellarum diſpoſitiones, naturas animalium, & iras beſtiarũ, vim ventorũ & cogitationes hominũ, differẽtias virgultorum, & virtutes radicum, & quæcumq; ſunt abſconſa & improuiſa didici: omnium enim, artifex docuit me.* Sapientia diuina hæc omnia creauit, vnde & illa cognoſcit, ac velut opera manuum ſuarum illa intelligit, & hæc me illa docuit omnia, quæ in his doceri ſcirique poterãt.

(a) *Sgalle yua de buelo.*
*Prou.* 30. 19.
3. *Reg.* 3. 5
3. *Reg.* 3. 23.
*Sap.* 7. 17.

Si hæc ita ſint (quærit D. Ambroſius) qui poſsibile eſt, vt tantã inuenerit in viã difficultatem, quam aquila per aëra volando & coluber ſuper petrã rependo, ac nauis mare ſulcãdo conficit? & licet circa hæc diſcurrat D. Ambroſius præſertim autẽ hæret in eo, quod Salomon ait eſſe difficile: *Viam ſcilicet colubri ſuper petram.* Nemo ignorat colubrum ſæpe ſæpius perrepere ſuper petram, quam nec excauat, nec vllum in ea relinquit veſtigium: licet enim colubri pectus durum ſit & ſquãmoſum æris inſtar: vnde ſuper ſpinas prorepit illæſus: durior tamen eſt ipſa petra, colubroque ſolidior. Vnde ſæpenumero licet per petram ſerpat coluber, nullus inde ſequitur effectꝰ alius, quàm vt colubri venter deſquammetur, & defringatur, petra verò maneat illæſa, nullo recepto ex tranſeunte veſtigio: quinimo omni deterſo puluere nitidior appareat. Hoc tantam non ſapit Metaphyſicam. Quæ igitur tanta in hoc difficultas? permagna (reſpõdet D. Ambro.) non enim hæc de iſtis ſunt aut colubris petriſue intelligenda, ſed præclaram redolent iſta prophetiam: (recenſet enim inter prophetas, Salomônem) & vt talis perfectè non intelligitur, donec impleatur: tunc enim Apoſtoli plenè Scripturas intellexerunt prophetarum, quando Redemptor noſter diuino ſuo flatu illis infudit ſcientiam, impletaſque demonſtrauit: *Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent Scripturas.*

In petrã (loquitur D. Ambroſ.) vidit Salomon redemptorem noſtrum, qui ab antiquis tẽporibus per illam voluit ſignificari; quando ex petra Moyſes gurgites eduxit aquarum: cui conuenit illud Apoſtoli: *Petra autem erat Chriſtus.* Hanc quoque præuidit in Spiritu pſalmiſta regius, dum ait: *In Petra exaltaſti me.* Notum eſt omnibus quod ſerpens, dæmonem præfiguret, qui: *Ideo ſerpens vocatur quod occulte ſerpat.* Eodem quoque modo dicere licebit ſignificare malitiam, quam eorum infudit viſceribus, qui Chriſti cenſebantur hoſtes immortales quos ipſe diaboli filios increpat ac declarat eorũ eo tendere ſtudia, vt patris ſui diaboli perueſa impleant deſideria: *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria patris veſtri vultis perficere.* Quoties ſerpſit & reſerpſit ſuper petram Saluatorem noſtrum aſtutia Phariſæorum Scribarumque nequitia? quot illi tetendit laqueos? quot molita machinas? nunc accedunt hoc inſtructi laqueo, licet cenſum dare Cæſari, quò illum aut infeſtum, ſi neget, reddant Cæſari aut populo quem liberum aſſerebat, ſi concedat. Modò illum coronã

*Cap.* 3.
*Luce.* 24. 45.
1. Petra Chriſtũ, coluber Iudæos ſignificat.
2. *Cor.* 10. 4.
*Pſ.* 60. 3.
II. Iudæi ſæpe ſuper Petram repſerunt.
*Ioan.* 8. 44.

ronâ circum cingunt & verſipelles interrogant: dic nobis palam, ſi tu es Chriſtus? nunc ſigna de cœlo petunt tentatores: nunc apparitores mittunt illum apprehenſuros, attamen pectora ſua dilaniant & viſcera deſquammant, ipſa verò petra integra remanet & ſplendidior: illi namq; pudore confunduntur detectis viſcerum ſuorum machinis; Chriſtus autem permanet glorioſior, notior omnibus cunctiſque honorabilior. Sicque neceſſe erat vt fieret: etenim illi reſeruabatur capitis colubri, veteriſque ſerpentis colliſio id eſt molíminum diaboli diſſolutio, eiuſque confuſio miniſtrorum, conformiter illi quod Iob verbis illis fuerat vaticinatus, quæ Dominicâ primâ §. 3. explicauimus ex lectione & intellectu a. D. Ambro. b. D. Hieronymi, & D. Gregor. *Qui habet magnum cetum opprimere.*

a Lib. 4. in Lucam. b Lib. 2. [illegible] Ioui. in ſan. l. 4. mor. c. 1. Iob c. 3. 8.

Subtiliter notat D. Auguſtinus illud Dauidis de Chriſto vaticinium: *Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis & conculcabis leonem & draconem.* Admirabilis certè coniunctio (loquitur D. Auguſt.) leonis & draconis: & grande myſterium quòd vtrumque, Chriſtus eſſet pedibus protriturus. Leo viribus facit impetum, illis confiſus ſibi à naturâ conceſſis, quibus ſe cæteris gloriatur animalibus eſſe ſuperiorem. Draco valet aſtutia ſerpentibus colubriſque naturali ipſo teſte creatore: *Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ.* Fortes ſunt leonis impetus ex viribus: potentes ſunt Dracónis ex calliditate, vtrumque tamen ſuperabis, Domine mi; pedibuſque proſtratos conculcabis: *Conculcabis leonem & draconem.* Duas, (inquit D. Auguſt.) aſſumpſit diabolus figuras, quibus Chriſtum impeteret, vnam leonis, & draconis alteram, aliquando namque illum per Scribas & Phariſæos filios ſuos aggreditur viribus & officiorum niſus auctoritate, nec non potentia quâ in republica cæteris eminebant: illi namq; modo lapidibus Saluatorem impetunt lapidare conati quaſi ad hoc debitâ fulti poteſtate; Nunc illum accedunt ſtrepitu & maieſtate faſtuoſi, ſigna petentes, qualia volebant, velut perſonæ, quibus incumbebat, ea, quæ in republica fiebât, examinare miracula, proteſtati, ea quæ hacte nus fecerat, vix vllius eſſe conſiderationis, vt eius in populo famę detraherent, nomenque violarent. Aliâs adſunt queruli contra Chriſti diſcipulos eiuſque claſſem, grauiter expoſtulantes, quaſi ad illos ſpectaret arguere maleque facta prohibere. Iterum velut dracones proſiliunt, fallacijs doliſque armati, proſtrationibus & humiliationibus callidi, quaſi doceri cupientes, dubia proponunt, & obijciunt quæſtiones quibus eum in verbo caperent inopinato. Sicut dum eum de cenſu Cæſaris interrogant & de primo maximoque legis mandato percunctantur. Adeſte porro maledicti qui formâ, nunc leonis, nunc draconis proditis induti, vos conteret, vos calcabit, & triumphum de vobis aget illuſtrioré.

III. Cōculcat Christus leonem & dracone, Iudæos fortes & aſtutos. Pſal. 90. 13. Gen. 3. 1.

Luce meridiana clarius patet hoc in eo, quod nobis hodie proponit Evangeliſta: primum etenim illum vt leones & ilico quaſi dracones aggrediuntur. Prędicabat Dominus idque tantâ verborum elegantiâ, & diuinæ oſtentatione Sapientię, vt omniū ad ſe traheret efficaciter corda fidelium. Furioſa Phariſæos in Chriſtum vrit inuidia, quocirca quaſi leones viribus illum ſtatuunt impetere; eo fine generale cogunt concilium ſuoſque conuocant ſatellites, quos ſtricto premunt præcepto, vadant illumque colari correptum, & reuinctis poſt terga manibus adducât quantocyus. Accurrunt illi, & ipſe Dominus ſuis ipſos miniſtris proterit, pedibuſque proſtratos ſuperat: ad illos quippe ſuos dirigens ſermones, tam efficaciter in eorum eſt cordibus operatus, vt illos ſuæ perſonæ ſapientię ſuæ & miraculorum reddiderit prędicatores: in cuius confirmationem redeunt illi, & coram concilio proteſtantur: *Numquam ſic locutus eſt homo.* Quibus illi turpiter confuſi receſſerunt, vt autem viderunt hunc ad votum, impetum, non ſuccedere leoninum, ilico illum aggredi draconis aſtutia, fallacijs, doliſque determinant. Optimè dixit D. Baſilius particularem eamque propriam inuidiæ filiam, aſtutiam eſſe & ſimulationem; quę cum proprio, nomine non audeat impetum facere, technis vtitur & fraudibus, vt aliâs diximus. Hoc modo Chriſtum aggrediuntur, eoque animo male natam aſſumunt muliercculam viro nuptam ſed adulterij criminis ream, hanc in flagranti ceperant delicto: credebant autem, quòd oblato Redemptori huius criminis caſus, certò certiùs eum laqueis haberent irretitum, conueniunt igitur Scribę & Phariſęi quos nominatim ſignat Evangeliſta: *adducunt ei Scribæ & Phariſæi mulierem &c.* Scribę doctores habebantur legis, ad quos ſpectabat eam interpretari, declarare ſenſumque exponere legitimum. Phariſæi ſtrictam eiuſdem æmulabantur obſeruantiam, vt religionis zelatores eximij. In vnum conſpirant quoad legis negotiū ſcientiâ turgidi, illâ potentiâ zeloque feruentes: Hanc adducamus mulierem, obijciamus caſum, ipſum

IV. Chriſtus immiſſos conuertit ſatellites.

*Ioan. 7. 46.*

*Hom. 11. de inuid. ad finem.*

quid cum ipſa ſit agendum, interrogemus: expoſita namque eſt omnibus legis diſpoſitio, quæ mandat adulteram lapidibus obruendam. Si legis ille voluerit interpretari decretum, aderunt ibi eiuſdem doctores mouentes illi quæſtionem. Si dicat contra legis argendum eſſe ſtatutum, aderunt ibi Phariſæi legis diuinæ zelatores, eiuſque vrgebunt ſupplicium, qui contra legis auſus fuerit quidquam determinare præſcriptum: Nos effugere non poterit; ſi mulierem iudicet eſſe liberandam, eum vt noſtrę legis accuſamus inimicum: Si verò iuxta legis rigorem adulteram morte condemnet, noua corruit lex ab eo prædicata miſericordiæ. Heu proditores, ſiccine Chriſtum aggredi decernitis? hoc velim vos noſſe, quod ſi vos protriuerit, conculcauerit, & pudore confuderit, dum illum quaſi leones eſtis adorti, idem & modò faciet, dum illum vt dracones adorimini, ipſe verò victor gloriabitur; vos protriti, vos conculcati, confuſi vos, petra verò limpida integra & illæſa: vos autem mortiferi ſerpentes pectus ventremque veſtrum defringetis, & viſcera lacerabitis: etenim in publicum veſtras ille machinas, veſtras ille cordis aperiet, detegetque proditiones.

VI. Dolus Phariſæorum.

Pſ. 57. 7.

VII. Dauidis vaticiniū impletū oſtēditur.

Hic illud Dauidis aperitur: ***Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum***, opinatur D. Auguſtinus hic intelligi colloquium Dauidis cum Iudæis, quos anxios videt & ſollicitos, quò Redemptorem noſtrum fraudibus ſuis illaqueent, capiantque occidendum. Iam de illis loquebatur: *Quare fremuerunt gentes?*

Pſal. 2. 1.

Quantum ſapio, Dauid hoc ingreditur Phariſæorum conciliabulum in quo conaituntur, quo poſsint meliori modo Chriſtum adoriri, quibus ille: ***Si verè vtique iuſtitiam diligitis, recta iudicate filij hominum.*** q. d. ſi tanto vos fragore, iuſtitiæ zelatores oſtenditis in hoc mulieris adulteræ proceſſu, quam in adulterio comprehendiſtis, vt ea mente illam offeratis Redemptori, ***Recta iudicate filij hominum.*** Dolis hic nihil agatur, nihil fraudibus & animo perdendi Saluatorem: prædico namque vobis, eo ipſo grauiter confuſi repellemini. Illos vocat filios hominum, non Dei, non Abrahæ: vidit etenim illos eſſe, quibus dixerat: ***Filij hominum vſquequo graui corde &c.*** qua trahitis mulierem adulteram ad Chriſtum intentione? vt ea quæ ſunt iuſtitię peragamus, & in eâ legis ſtatutum obſeruetur. Optimè: ***recta igitur iudicate***, de illo, cui mulierem offertis iudicandam vt in ea legis exponat vobis ipſe iuſtitiam, attamen corde peruerſo gradimini: ***Etenim in corde iniquitates operamini in terrâ.*** Intus in corde vos aliud nihil impellit, quàm illa quâ Chriſtum conuenitis, non recta malitia: ***Deus***, igitur, ***conteret dentes eorum in ore ipſorum.*** q. d. eorum commolet dentes, quibus accedunt cum morſuri: ***In ore ipſorum.*** Quales accurrunt illi Redemptori dentes infixuri, (ſententias intelligo cum D. Auguſt. qui idem colligit ex varijs Iudæorum cum Chriſto ſucceſſibus) quibus hoc intendebant, vt mulierem lapidibus adiudicaret, & ipſis oris ipſorum dentibus eoſdem mordet eorumque molares conterit, atque in eadem cauſa ſuam ipſorum declarat malitiam, in forum peccata producit, peruerſique cordis manifeſtat plebi traditiones.

Pſ. 4. 3.

Credit D. Auguſt. regium Prophetam hoc facinus luce illâ diuina colluſtratum inſpexiſſe, quam illi Deus infudit, quâ Chriſti myſteria tot annis anterior intelligeret: de eius namque intellectu ſic Spiritus S.: ***Sicut lux auroræ, oriente Sole mane abſque nubibus rutilat***, eiuſque preſcius narrauit euentum verbis vt difficilibus ita myſterioſis. ***Abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorum***, Accellerunt iudices plebiſque principes ad petram, & ab ea abſorbentur. Sumpta videtur metaphora ab eo quod in mari contingit, quod D. Gregor. Nazian. de ſeipſo refert: egreſſus enim ad oram maris recreationis ergo, conſiderabat attentiùs, qualiter venti furentes, mareque liberè percurrentes, vndas attollerent inflatas adeo & turgidas, vt eorum furore agitaræ, tam horrendo fragore ac ſtrepitu in petram ad ſtabilem maris oram eliderentur, vt eam in pelagi profundum demergere & abſorbere velle viderentur: conatu tamen irrito: in petram namque colliſæ totoque furore illam impugnantes, illis ipſis confractis, & in fumos abeunte ſuperbia, petra ſtabilis, limpida conſtanſque permanſit: ***Abſorpti ſunt***; fluctus illi proceloſi, qui petram eradicare velle videbantur, confracti ſunt, colliſi ſunt, abſorpti ſunt.

2. Reg. 23. 4.

Pſal. [illegible]

VIII. Similitudo.

Orat. [illegible] Maximo [illegible] dicta.

Quam graphicè depingit (loquitur D. Auguſt.) Principes, Sacerdotes, Doctores, Phariſæos, Scribas, illos appellans: ***Iudices eorum***, illi quippe erant, qui populi Iudaici habenas moderabantur, illi Iudices, quorum munus erat iuxta Moyſaicæ legis ſancita iudicare. cor erat illis, vt mare tempeſtuoſum, de quibus

In illud Pſ. [illegible]

ſic

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſic Iſaias: *Impij quaſi mare feruens quod quieſ-*
Iſa.17.20 *cere non poteſt*, perturbabunt illud, agitabant,
IX. impellebant effrœnes ſuarum venti paſsionum,
Iudæi ma- quos rabida eorum excitabat inuidia; illos
ri tempe- intuere, quàm turbati quàm commoti cæleſtem
ſtuoſo cō- illum conentur oppugnare petram: quotidie
parantur. ventis inuidię ac diabolicę nequitiæ velut de-
cumanis fluctibus in illum efferuntur, aucto-
ritatem eius fidemque conati, ſeu pelagi flucti-
bus, abſorbere. quales diebus accedunt ſin-
gulis, illum turmatim aggreſſuri? quales illos
vidimus die Mercurij præterito egreſſos de
Ieruſalem, tantâ pompâ, clangore tanto, ve-
lut fluctus æſtuoſos, Chriſtum in Galilæa ag-
greſſuros, ſibi perſuadentes. quod illum hoc
eſſent impetu ad ima demerſuri: *Quare*
*Diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſenio-*
*rum!*

Matt. c. Quales accurrent conglomerati potantes
15. 2. ſigna, quę dare non poſſe indicabant Redemp-
torem? quales hodiè prodeunt in ſcenam? mare
turbidum, æſtuoſum & vehementioribus ne-
quitiæ procellis agitatum. Tentauerant
prius manus inijcere carcerique Chriſtum
mancipare, ne in publicum prodiret amplius,
eoque animo ſuos ſubmiſerant apparitores,
qui captiuum adducerent, vt die Lunæ præ-
fati ſumus: Adeò præpoſterè ſucceſsit hoc illis
negotium, vt auditâ eius concione Satellites
nedum illum non apprehenderint, ſed &
reuerſi ſint celſitudinis Chriſti præcones
clamoſiſsimi: quô factô rabidâ lancinan-
tur inuidiâ, & velut mare inquietum agi-
tantur. Deprehenſa muliere in adulterio
ventis agitantur inuidiæ, velut æſtuoſis flucti-
bus, vt illis toto conamine petram oppugnent
Redemptorem. Vides illos, quo faſtu, quo
clamore, quo ſtrepitu irruant? fiat locus, via
pateat iſtis Doctoribus: *Adducunt ei mulie-*
X. *rem in adulterio deprehenſam.* Vt populi Iudi
Iudæorū ces ſe ſiſtunt, & quorum munus erat Moy
acceſſus ſaicæ legis præſcripta mandare executioni:
deſcribi- *Moyſes præcipit nobis huiuſmodi lapidare.*
tur. Iam ſibi certò præfixerant in animo Chriſti
perditionem, quem eſſent fortioribus illis
fluctibus abſorpturi, quibus illum impetebant,
modò Moyſaicæ legis rigore, contra quam
aliud diſponere, nefas erat: modò lege miſeri-
XI. cordię, quam buccinabat ipſe peccatoribus.
Confūdit Attamen: *Abſorpti ſunt iuncti petræ Iudices*
Chriſtus *eorum.* Illi confracti, colliſi & in abyſſum de-
Iudæos. merſi confuſionis: ita vt omnes, nemine reli-
quo, diſparuerint; petra verò coram totius
orbis oculis ſteterit illuſtrior: ita vt ne vel mi-
nimam potuerint rimam infligere petrę, quid-
quid ſuperbus eorum conatus fuerit impetus:
*Venerunt illi* (teſtis eſt D. Auguſt.) *Adducen-* D. AV-
*tes adulteram, tamquam ſęuientes fluctus in* GVS. In
*petram; ſed reſponſione confracti ſunt: abſorp-* Pſ. 102.
*ti ſunt iuxta petram Iudices eorum.* En tibi Tom. 8.
huius hiſtorię cataſtrophen; Chriſtus etenim
vſque modo inclinatus in terra ſcriptor, erexit
ſe in pedes illæſos, immobilis, conſtanſque
percunctatur: *Vbi ſunt qui te accuſabant?* quid
vndę illæ decumanæ effecerunt? quo euanue-
runt, qui tantô faſtu concurrebant? apparet
nullus: abſorpti pelago confuſionis: illos
petræ virtus confregit, illos diuicit petræ for-
titudo.

## §. 2. Perrexit Ieſus in montem, & dilu-culò venit in templum. *Oſtendit ſe Chriſtus mediatorem à Iob deſideratum: & prælatis ac prædicatoribus, quòd ta-les eſſe debeant, præbet exemplum.*

*PErrexit Ieſus in montem Oliueti & dilu-* 5
*culo venit in templum.* Opinantur aliqui
deceſſum hunc, de quo Euangeliſta, in
Montem Oliuarum, fuiſſe in Bethaniam ad
domum Marthæ monti proximam, vbi nocti-
bus moraturus ſecedebat; ita Gloſſa ordinaria,
alijque moderni: at D. Luc. nobis apertè di-
cit, quod neutiquam, ſed ad montem per-
rexerit Oliueti: hic etenim erat ei locus com-
munis orationis, de quo D. Ioannes: *Fre-* Ioan 18.2.
*quenter Ieſus conuenerat illuc cum Diſcipulis* Luc.c.21
*ſuis*, vbi continuus in oratione pernoctabat. 37.
Ita D. Luc. *Erat diebus docens in templo, nocti-*
*bus verò exiens morabatur in monte, qui vocatur*
*Oliueti, & omnis populus manicabat ad eum* Tract.33.
*in templo audire eum.* Conſentit D. Auguſti- in Ioannē
nus, quo Chriſtus declarabit, quàm aptè offi-
cium impleuerit, quod D. Paul. aſſertore,
implendum aſſumpſerat, nempè inter Deum
hominesque mediatoris: *Vnus mediator Dei &* 1. Tim. 2.
*hominum homo Chriſtus Ieſus.* Mediator (inquit 5. & Gal.
Apoſtolus) non minus eſt, quàm inter duos: 3. 20.
*Mediator vnius non eſt.* Vnus non indiget al- I.
tero qui intercedat. Statuitur hic & eſt ne- Quis ſit
ceſſarius quando duo diſsident inter ſe, mediator
lites habent, & altercantur, vnus in alterum

feruet ardentiùs, requiritur intercedat mediator, qui litigantes componat, modo hunc, modo illum conueniens, diſcrepantes conciliet inter ſe voluntates, & de iniuriarum agens ſatisfactione, pacem inter eos ſtabiliat non dirumpendam.

II. Deus & homo inter ſe diſſidebant.

Quam grauiter inter ſe Deus, homoque diſſidebant, ex eo quód homo continuò Deum grauioribus irritaret ſceleribus: ſanguineâ lite diſcrepabant homo Deo iniurioſus, Deus autem duris ſupplicijs vindex iniuriarum, heu quanta calamitas! hinc lachrymabatur Iob (ſic eum conſiderat D. Gregor.) dum ait: *Non eſt qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus.* Quo dolore conficeris, ſi quando nobiles duos conſpexeris ſtrictis mucronibus ſe mutuo grauiſsimè ferientes, nec ſit qui pugnantes diſgreget? hoc modo Iob Deum hominemque conſiderabat, quibus ictibus homo Deũ impetebat, offenſis ſuis illi perpetuus aduerſari^o *Tetendit aduerſus Deũ manũ ſuã, & contra Omnipotentem roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt*, vt heri expendimus. Attamen quam fortibus Deus hominem feriebat ictibus, diluuijs, ignibus, eladib^o nedum temporalibus, ſed & ſempiternis: heu Domine mi (lamentatur Iob) nulluſne tandem adueniet ſequeſter amborum? *Vide* (loquitur D. Gregorius) *quam peruerſè homo deliquerit videt quam diſtrictè Conditor contra hominem iraſcatur, & mediatorem Dei & hominis requirit.* Eo fine deſcendit Filius Dei factus mediator: *Vnus mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus.* Ecce quam aptè hoc illi nomen conueniat: *Enim ero* (inquit D. Chryſoſt. ex quo ſumpſit hoc D. Thom.) *mediator vtriuſque eis debet ſocietate coniungi, quorum mediator eſt: id quippe mediatoris eſt proprium, vtrorumque participem fieri, quorum fuerit mediator. Quod ſi vnum ſocietate contingat ab alio vero fuerit ſeparatus mediator iam dici non poteſt.*

L. 9. Mor. c. 30. Iob. 9. 23. Iob 15. 25. D. GREG. D. CHRY Hom. 7. in 1. ad Timoth. Tom. 4.

III. Quæ ſit neceſſaria cõditio mediatoris. In c. 2. 1. ad Tim. lect. 2 ad fin. Ad Gal. c. 3. 20.

Nemo ignorat (ita ſupponit D. Thomas) medium participare debere ab extremis: hinc collige Deo in propriâ natura non conueniſſe, vt eſſet mediator: quia tantummodo Deus erat, nec humanæ copulatus naturæ: *Mediator vnius non eſt, Deus autẽ vnus eſt*, inquit Apoſtolus. Ob eãdem rationẽ excludebatur homo, qui tantũmodo homo erat nec quidquã habebat ipſe diuinitatis: veniat igitur qui diuinitate polleat, in quã cum Deo conueniat: & humanitate, in quã ſimilis ſit hominibus: *Quærendus mediator eſt* (ſic credit D. Auguſt.) *qui non ſolum homo ſit, ſed & Deus.* En tibi Chriſtum: *Deus eſt ex ſubſtantia Patris ante ſecula genitus, homo eſt ex ſubſtantia Matris in ſeculo natus* (ſic ſymbolum habet D. Athanaſij) *fidelis mediator Chriſtus Ieſus* (ſic ſcribit D. Bern.) *qui in perſona vna, Dei hominiſque ſubſtantiam copulauit ineffabili Sacramento.*

Verum enimuero qui inter rixantes medius intercedit, brachijs oportet valeat fortioribus, vt vno poſsit partem hanc efficaciter detinere, & alteram alio: ad hoc non præualebat homo, vt eodem loco probat S. Iob qui ſuam ſic orditur querimoniam: *Verè ſcio quod ita ſit, & quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo non poterit reſpondere ei vnum pro mille.* Non eſt quid opinabile, ſed *Verè ſcio quod non iuſtificetur homo compoſitus Deo.* Hoc ſolummodo potuit Chriſtus efficere (teſtis eſt D. Gregor.) cuius adeo erat forte brachium, vt meritis ſuis tenere potuerit ipſum Deũ, illi perfectè & ex toto iuſtitiæ rigore ſatisfacere, nec non hominẽ ſuâ miſericordiâ, doctrinâ, exemplis, redemptione morteque cohibere. Iob. 9. 2. Loc. cit.

Ille eſt, quem D. Paul. ſæpenumerò noui nominat teſtamenti mediatorem: *Noui teſtamenti mediator eſt*, inſigne denotans myſterium. Quid opinaris eſſe teſtamentum? Contractus eſt fœderis ac pacis initus inter eos, qui mutuo fœdere copulabantur continens factas inter partes capitulationes. Voluit Deus pacem ſancire cum hominibus, eiſque confœderari, Eo animo populum elegit, ſtatuitque arbitrum qui pacis ageret negotia: fuit autem Moyſes medius inter Deum & populum, ex vnâ ad alteram partem nuncia deferens, legem præſertim Dei recipiens, quæ vetus fuit teſtamentum, illamque populo tradens; ob quam cauſam lex data dicitur in manum mediatoris: *Ordinata per Angelos in manu mediatoris.* Mediator illius teſtamẽti fuit Moyſes, quia illud medius detulit, erant quippe pacis capitulationes, quas à Deo ſuſcipiens populo detulit, obtulit, multiſque legit coram populo ceremonijs, quas Scriptura refert & D. Paul. expendit: vt mediator igitur interceſſit Deum populo reconcilians, Deoque præparans: ob quam cauſam ait: *Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo.* Quod Septuaginta legunt: *Medius inter vos & Deum.* Ad Heb. 9. Ad Hebr. 8. & 9. IV. Moyſes veteris teſtamenti mediator. Ad Gal. 3. 19. Exod. 24. Ad Hebr. c. 9. Deut. 5.

Fuit attamen mediator adeò debilis, vt pacẽ inter Deum & hominem perfectè ſancire nequiuerit: etenim vires illi languerant, & brachij V.

potentia impotentior; quidquid enim egit
nihil obtulit Deo quod perfectè poſſet diuinum
pacificare pectus, iramque mitigare: totum
enim illud teſtamentum carnibus & ſanguine
comprehendebatur animalium, & lauatoriis
nullâ virtute, nulloque valore conſtantibus: vn
de tantâ Deus ſemper videbatur nauſea commo-
tus, vt numquam populus ad illum accedere, ſed
nec eius vocem audire præſumpſerit. Quocirca
Moyſen rogârunt: cum ita ſit, vt Deus ibi, nos
hic ſimus, tu perge medius vt Dei cognoſcamus
voluntatem, ita namque nobis ſtomachatur in-
dignans vt ſolo vocis auditu timeamus nos eſſe
Exod. ca. morituros: *Loquere tu nobis, & audiemus, non*
20. 19. *loquatur, nobis Dominus, ne forte moriamur.*
Hæc noſtro nomine à Deo poſtulentur. Profi-
ciſcitur Moyſes & hunc Deo libellum offert no-
mine populi ſupplicem. Reſpondet Deus: op-
timè locuti ſunt, fiat hoc ita, donec mediatorem
miſero perfectiorem homo is erit ſimilis illis,
Deut. ca. tuique compar: *Prophetam de gente tuâ & de*
18. 15. *fratribus tuis ſimilem tui &c.* Erit & Deus mihi
ſimilis.

Lib. 16. Hoc verbis illis innuit (teſte D. Aug. vbi hæc
contra verba trutinat) quibus illum promittebat, eum-
Fauſ. ca. dem Angelum intitulans: *Ecce mittam Angelum*
29. *meum &c. & ne contemnendum putes quia non*
Exo c. 23. *dimittet & eſt nomen meum in illo.* Aliqui (dicit
20. D. Aug.) de quodam interpretantur Angelo,
D. AVG. alij de Ioſue: verùm aduerte de quo hoc poſſit
Loc. cit. dici Angelo? *Perſcrutetur Scripturas & videat*
*vtrum de aliquo Angelo Deus dixerit: nomen*
*meum eſt in illo.* De Ioſue nouimus, quod no-
men Ieſus illi ſit impoſitum, nec hoc à prin-
cipio vocaretur, multo namque tempore Oſee,
vel Auſe vel Ioſue dicebatur, vt liber Numeri
Matt. 3. commemorat: *Succeſſor Moyſi non ab initio vitæ*
17. *ſuæ ſed nomine mutato, appellatus eſt Ieſus.* An-
D. AVG. gelus ille, quem ego miſſurus ſum, mediator
VI. erit adeò potens, vt nouum ſit conditurus teſta-
Chriſtus mentum id eſt nouum pacis contractum, fœde-
Angelus ris ac reconciliationis adeo perfectæ, vt Deo
ſeu me- plenè atque integrè ſatisfiat, illo quod per ta-
diator lem contractum illi eſt offerendum, in eorum
noui te- omnium ſatisfactionem quæ poſſet aut poſſit
ſtamenti. homo commiſiſſe, poſſitque homo diuinâ ad
intus gratia diuinæ capax eſſe amicitiæ, per-
fectæ adeo ac completæ, vt in vnum connectan-
tur fiantq; vnũ quid, De[9] & homo: proinde qua-
drat illi optimè nomẽ, quod illi Propheta dedit
Malach. Malachias: Angel[9] pacis noui Teſtamẽti deſide-
c. 3. 1. rat[9] expectatus: *Angelus teſtamẽti quẽ vos vultis.*

En tibi factus mediator, qui vt talis, ad vnam VII.
& alteram tranſcurrit partem. Noctibus Deo Chriſtus
colloquitur diuinum eius pacificans pectus, illi docet
ſua proponit ieiunia, vigilias, labores, & merita præſules
valoris infiniti, in eorum quæ debebat homo eſſe me-
compenſationem, pro illo deprecatur, feruen- diatores.
tibus intercedit orationibus, lachrimis inſtat
amoroſis, de die verò hominem accedit, vtque
illum paci diſponat cæleſti recipiendæ, ſuis ad-
hortationibus, exemplis, miraculiſque præparat.
Chriſtum intuere noctibus in montem Oliua-
rum ſecedentem, vt cum Patre colloquatur,
paciſque fœdera ſanciat: *Perrexit in montem Oli-*
*ueti et diluculo venit in templum* De pacis con-
ditionibus cum hominibus locuturus. Hoc do Lib. 1.
cet (ſic ſcribit D. Gregor. ad quatuor Eccleſiæ Epiſ. 24.
Patriarchas Antiochenum, Ieroſolymitanum,
Conſtantinopolitanum & Alexandrinum) Præ-
ſules, Prædicatores, Confeſſores, ſuoſque mini-
ſtros, quid illis ſit agendũ, quibuſque ſuo ſatisfa-
ciant muneri ſibi cõmendato. Munus eorũ hoc
eſt, eaq; intentione deputãtur vt ſint inter Deũ,
hominẽq; mediatores: *Pro Chriſto legatione fũ-* 2. Cor. 5.
*gimur tamquã Deo exhortãte per nos, obſecramus* 3. 20.
*pro Chriſto, reconciliamini Deo.* Sic Apoſtolus.
Hoc ſuppoſitô, eorum ſit exercitium noctibus 7.
cum Deo colloqui, pro populi ſalute deprecari, VIII.
criminum eorum remiſſionem, donaq; cœleſtia Officium
impetrare, diebus verò prædicare hominibus, il quale ſu-
los docere, ſuccurrere pauperibus, mœſtos cõſo- periorũ.
lari, eos propugnare qui iniurias patiuntur, per-
petuũ faciendo circulũ ab hominibus ad Deũ, &
de Deo ad homines. Angelos illos imitari, quos
vidit Iacob: *Aſcendẽtes & deſcẽdentes.* Aſcendũt Gen. cap.
ad Deum per orationem & contemplationem: 28. 12.
deſcendunt autem ad populum per prædicatio-
nem, & opera pietatis, ſubueniendo, ad conſiliũ
illius, ad neceſſitatem alterius, ad huius ſubleuã-
dam indigentiam. Animalia ſunt Ezechielis,
quæ Dei currum trahunt, id eſt Eccleſiam, de
quibus duo refert Propheta, quæ ſibi videntur
eſſe cõtraria. Primò refert: *Ibant & non reuer-* Ezech 1.
*tebãtur*; deinde: *Animalia ibant & reuertebãtur* 14.
*in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.* Si ibant
& non reuertebantur, quomodo ibant & reuer- IX.
tebantur? difficile multis ac graue (teſte D. Hie- Idcirco
ron.) hoc eſſe videbatur, prout primo die Qua- animali-
drageſimæ declarauimus: at nulla hic inuoleitur bus Eze-
contrarietas. Ibant, nec reuertebantur in ſuo of- chielis
ficio quo Dei currum trahebant: hoc in ope- cõparan-
re mente & prætentione non reuertebantur: tur.
etenim Sancti Paſtores, Prædicatores, Con- In ca. 1.
feſſarij, Ezec.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

feſſarij, Deique Miniſtri ſemper in ſuo famulatu progrediuntur, & ſuo ſatisfaciunt officio, nec reuertuntur ſiue ob lucra, aut humanum reſpectum, aut quiduis aliud, Porrò ibant & reuertebantur, quia circulum continuum perficiebant de Deo ad homines & de hominibus ad Deum. Ibant ad Deum per orationem & contemplationem, coram diuinâ Maieſtate cùm ſua tum aliena peccata deplorantes, ſolliciti quâ ratione ſuam optimè componant vitam diuino gloriæ ſpeculo expoſiti, vires ac ſpiritum reſumentes ex rerum meditatione cœleſtium; ad populum autem reuertebantur, illum admonendo, hunc adhortando, ignorantem docendo, mœrentem conſolundo, pauperique ſuccurrendo.

X.
De hoc commendatur D. Paulus.
*Philipp. c. 3. 13.*

Quam perfectè hoc exequebatur Apoſtolus qui tantus inter Deum hominemque fuit mediator D. Paulus, qui ex vna parte, ex quo cœpit hoc munere fungi, numquam ſubſtitit nec eſt reuerſus, ſed ſemper ante faciem ſuam gradiebatur: *Ego vero, quæ retro ſunt, obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora, extendens meipſum ad deſtinatum perſequor ad brauium ſupernæ vocationis Dei.* Semper coram me progredior & nouo Spiritu, viribuſque hoc in miniſterio renouatis antecurro ad id, ad quod me Dei monet inſtigatque Spiritus. Ex altera parte conſiderare licet (inquit D. Gregor.) quod ipſe declarat, totum hoc ſuum fuiſſe exercitium *Ibant & reuertebantur. Siue mente excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumus vobis.* Hoc agimus, modo aſcendimus, & ſpiritum ſuper omnia creata in contemplatione diuinorum erigimus, & nos ipſos coram ſuprema illâ ſiſtimus maieſtate, eorum omnium, quæ in mundo ſunt immemores; modo ad vos reuertimur ea tractando, quæ vobis veſtræque ſaluti conueniunt.

*2 Cor. 5. 13.*

XI.
Similiter & Moyſes.

Attende (monet D. Greg.) quale fuerit exercitium illius mediatoris veteris teſtamenti Moyſi, quod totum, non erat niſi perpetuus circulus de Deo ad populum & de populo ad Deum. Illum intuere, qualiter ſecedat ad tabernaculum acturus cum Deo, paulò poſt verò ex eo decedat, & ad populum reuertatur. Quodam tempore ſolus cum Deo montis aſcendat faſtigium, demiſſa turbâ tumultuque populari; alio verò deſcendat & in mediâ verſetur turba multitudinis. Nunc confugit ad Deum legem accepturus diuinam, populoque promulgandam, coram eo eiuſdem peccata deflet, ſupplicat, & intercedit: modò deſcendit legis tabulas deferens, vt Sol illuſtris, exhortans, erudiens, ſinguloſque præparans pro rei conuenientia: *Moyſes* (verba ſunt D. Greg.) *crebro tabernaculum intrat & exit, & qui intus contemplatione rapitur, foris infirmantium negotijs vrgetur, intus Dei arcana conſiderat, foris opera carnalia portat.* Hoc idem eſt exercitium, quod Evangeliſta nobis digito monſtrat in Chriſto noui Teſtamenti mediatore, quòd ſcilicet noctu in montem ſecederet oraturus oliuarum: *Vbi frequenter Ieſus conuenerat.* Coram æterno ſuo Patre proſtratus; eloceſcente vero die ad populum reuertebatur, prædicaturus infirmos, curaturus afflictos ſolaturus, inopes adiuturus. Singulariter autem voluit Dominus inſtruere prædicatores, vt intelligant, quòd locus ex quo ad prædicandum alijs prodire debent, mons eſt orationis: nullum etenim miniſterium ita indiget, atque illud, orationis ſubſidio, prout aſſerit D. Aug. notatque Spiritus Sanctus verbis mirum in modum myſterioſis, duo declarans Evangelico Prædicatori ſummopere neceſſaria: primum diligens ſtudium: alterum Oratio feruentiſſima: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret Sapiens, & in Prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit.* En tibi ſtudium quo ſacris incumbas libris Sanctorumque Doctorum ſcriptis euoluendis: *Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur &c.* habes hic orationem. Duobus his poſitis fundamentis, quam concionibus ſuis referet, declarat vtilitatem: *Ipſe tamquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ.* De quibus alias ex profeſſo.

D. Greg. Epiſt. 24.
*Ioan. c. 18. 2.*
XII. Duo coniungenda oratio & ſtudium.
*Lib. 4. de doct. Chriſtiana.*
*Eccli. c. 39. 1.*

§. 5. Perrexit in montem Oliueti. *In tribus præſertim occaſionibus orauit Chriſtus: docens nos in iiſdem orare ſimiliter: prima eſt negotij grauioris occaſio.*

P*Errexit Ieſus in montem Oliueti.* Pernox moratus eſt Chriſtus in oratione ad montem Oliueti & diluculo redijt in templum, Nec illas Saluator fruſtra fecit actiones nec illas

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

illas Saluator fruſtra fecit actiones, nec illas
ſine ratione ſcripſit Evangeliſta, ſed vt noſtræ
ſeruirent inſtructioni: cum & pueris nota ſit D.
*Lib. 1. Dial. 6. 9. 1.* Gregorij regula, Omnis Chriſti actio, noſtra
eſt inſtructio, quam planè mirandam nobis
præſcripſit in orando: ſic namque coram om-
*Cur Chriſtus orare voluerit* nibus orauit vt voluerit omnes illum orantem
conſpicerent, imo aliquoties ipſam intelligerēt
eius orationem. Quærit D. Auguſt cur Chriſtus
orare voluerit: cum de illo prædictum eſſe no-
*Iſai. c. 53. 10.* verimus: *Voluntas Domini in manu eius dirigetur.*
Deique potentiam pro beneplacito dirigeret; &
cum orare decreuiſſet, cur ſpectantibus Diſcipu-
lis orauerit, & ſæpius eum audientibus; cum ipſe
nobis conſilium dediſſet, vt noſtris orationibus
locum quæreremus abditiorem. Non ex neceſsi-
tate Saluator orabat ſed vt nobis orandi for-
mulam prælegeret: *Poterat Dominus noſter* (Sic
*D. AVG. Tract. 104. in Ioan poſt med. Tom. 9.* D. Aug.) *Vnigenitus & coæternus Patri in forma
ſerui, & ex forma ſerui ſi hoc opus fuiſſet orare
ſilentio: ſed ita ſe Patri exhibere voluit precatorē,
vt meminiſſet, noſtrum ſe eſſe Doctorem.* Erat
eius oratio continua, quo ſciamus, quod ſi ille
qui nulla premebatur orandi neceſsitate, tamen
orauerit, quanto magis nos orare oporteat qui-
bus in omnibus occaſionibus eſt oratio neceſſa-
ria, ipſa nos docēte veritate: *Oportet ſemper orare*
*Luc. c. 18. 1.* *& numquam deficere.* Hoc neceſſe eſt animæ ſit
fidelis exercitium, quę ſe ſponſam Chriſti eſſe
gloriatur vt in illū oculos indeſinenter reflectat:
hoc namque illi in primena præcepit muliere, dū
*Gen. c. 3. 16.* huic ſic ait: *Ad virum cōuerſio tua.* Et quid hoc
tantum vt inceſſanter noſtros ad illum diriga-
mus oculos, à quo dependemus, nobiſque deſcen-
*Act. c. 17. 28.* dere debet, quidquid nobis opus eſt ad vitæ con-
ſeruationem *In ipſo viuimus, mouemur, & ſumus*
Excellebat in hoc Dauid, qui deipſo ſic teſtatur:
*Pſ. 24. 15.* *Oculi mei ſemper ad Dominum. Leuaui oculos*
*Pſ. 120. 1.* *meos in montes vnde veniet auxilium mihi Ad*
*Pſ. 122. 1.* *te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Ecce
ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum
ſuorum, & ſicut oculi ancillæ in manibus Dominæ
ſuæ ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum
&c.*

II. *In tribus particulariter occaſionib⁹ oratio præmittenda.*
Licet hoc ita ſit, ſingulariter tamen in tribus
occaſionibus Chriſtus feruenter oraſſe reperi-
tur. Prima, quando electurus erat Apoſtolos,
fideliſsimos ſibi ſocios amicoſque integerri-
mos: quod cum aggrederetur (ſic ait Euange-
liſta Lucas) *Exijt Ieſus in montem ſolus orare,
& erat pernoctans in oratione Dei.* Oriente
*Luc. 6. 12.* ſole exſurgens ab oratione: *Vocauit Diſcipulos
ſuos & elegit duodecim ex ipſis, quos & apoſto-* *Act. c. 1. 2.*
*los nominauit.* Hac de cauſa reor Evangeli-
ſtam Lucam dixiſſe: *Quos per Spiritum Sanctum
elegit.*

Secunda: doloroſæ paſsionis horâ iam im-
minente, priuſquam illam in ſe ſuſciperet, ad
orationem confugit, quam non ſemel, ſed tertiò
repetijt, Patri ſupplicans, ſi poſsibile foret,
tranſiret ab eo calix paſsionis amariſsimus, nec
illum ipſe biberet, idque tanto Spiritus feruore,
conſtantique perſeuerantia, vt quantò minus
Pater petitis annuebat, tantò feruentius in
oratione perſiſteret, tanta vi mentis, vt de eo
ſcribat Evangeliſta Lucas. *Factus in Agonia pro-* *Luc. 22.*
*lixiùs orabat, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ
ſanguinis decurrentis in terram.*

Tertia, quam hodie habemus: etenim præno.e-
rat, quòd cum eſſent Iudicem electuri in cauſa
cum grauiſsima, tum difficillima, quālibet ex
parte eam definiret, & in cuius fauorem profer-
ret ipſe ſententiam, vt dicemus, Prævius ad æter-
num recurrit Patrem excitatâ adeò & longâ
oratione vt totam in ea tranſigat noctem, donec
hora eluceſcat ad locum eundi vbi ferenda erat
ſententia, cauſa finienda, iudiciumque termi-
nandum. Inſtruit nos, licet oratio & ad Deum
recurſus adeò debeat eſſe continuus, vt reſpira-
tio, quo medio orationis dona diuinumque ſpi-
ritum in noſtram ſalutem attrahamus: quod ni-
hilominus in tribus feruentior eſſe debeat oc-
caſionibus.

Prima, in ijs quæ ſe nobis offerunt agenda: 9 *III. Prima ex penditur.*
nempedum mulier eliganda matrimonio, graue
negotium amplectendum, proceſſus inchoan-
dus, vitæ ſtatus eligendus, exercitia definienda *D. AMBR. In c. 6. Luc. Tom. 3.*
quibus occuperis: *Aduerte* (ſic monet D. Am-
broſ.) *quid te facere oporteat cum aliquod offi-
cium pietatis adoriris quando Chriſtus electurus
Apoſtolos priùs orat.* Electurus Chriſtus Apoſto-
les, priùs recurrit ad orationem, cum ita ſit,
quod licet illâ non præmiſsâ nominaſſet Apo-
ſtolos, errare non potuiſſet: erat etenim ipſa cæ-
leſtis Patris ſapientia, ſubiecta nouerat, eorum-
que corda penetrabat, vnde ipſe ait. *Ego ſcio quos* *Ioan c. 13 18.*
*elegerim*, Quid tibi agendum eſt, dum eligere
proponis mulierem, tu verò maritum, cum nec
illam intimè cognoſcas, nec eius ſint tibi per-
ſpectæ conditiones, nec detectæ, quibus te ex- *Lib. 2. cōt Iouini. verſus finem.*
ponis, occaſiones. Hęc vna præ ceteris, ratio mo-
uebat Theophraſtum concludendi: virum ſapiē-
tem dedecere nuptias. Ita D. Hieron. Quid tibi
facere conuenit eâ in accaſione, qua quidquid

legeris tibi futurum eſt quieti aut inquieti perdetuæ aut tranquillitati, aut totius vitæ turbationi, in quâ tot tantique communiter committuntur errores? ad Deum recurre cum Eliezer dum mittitur vxorem electurus Iſaac filio Abraham Domini ſui: nullus etenim ignorat illud Spiritus S. axioma: *Pars bona mulier bona: in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.* Quod ſi parentes dare diuitias potuerint, ſoli diuinæ miſericordiæ tribuenda vxoris bonæ conceſſio: *Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem propriè vxor prudens.*

Eccl. c. 26 [1]13

Prou. c. 9. 14. 1.

Proceſſum litemque meditaris? hæres dubius, ſi hunc illumue ſtatum amplectaris: Si opus hoc aut aliud illi contrarium ſis aggreſſurus? Deum conſule, ipſe te colluſtret: aliquoties prius in oratione ſecedens diuinæ te ſiſte præſentiæ, ſupplica, potenti ſua manu tuam roboret infirmitatem: vt orationes tuæ orationes ſint ſalutis, tamque feliciter directæ, quàm olim ſagittæ, quæ de manibus regis Ioas emittebantur, dum illis ſuperponit manus ſuas Vates Eliſeus. An concludendum eſt tibi filij filiæue matrimoniū? perpende diligenter quod ex prudenti in hoc negotio concluſione, tuæ pendeat vitæ tranquillitas: ſæpe namque quòd oculis exteriùs & ſuperficialiter videtur conducere, tuæ poſtmodum ſaluti, ac quieti conuincitur eſſe perniciosum: Iuxta illud quod die Iouis diximus. Prius Deum inuoca, & in terram proſtratus cum piiſſimo rege Ioſaphat inclama: *Cum ignoremus quid agere debeamus hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.* Num tibi, vir clariſsime, ſtudiis vacandum, vt cauſam diſſoluas obſcuris imam? Precare Deum tantam tibi infundat ſcientiā, qua parti faueas maioris momenti, & in oratione coram illo demiſſus, has illi cum Dauid offerto preces: *Emitte lucem tuā & veritatem tuam.* Num cogitas intentare litem, ambire dignitatem, ſectari commercia? primum tuum ſit Deus refugium, diuinis eius manibus tuas confide prætenſiones, eas ipſe dirigat ipſe deducat itinera, ipſe nauigationis tuæ lapis ſit aquilonaris. Sanctorum tibi concilia patrocinium, ſacerdotum in ſacro repoſce ſuffragium attamen præ cæteris eius, quæ cæteris præeminet cœlorum reginæ, virginiſque Matris poſtules intercesſionibus adiuuari.

4. Reg. c. 13.

2. Par. c. 20. 12.

Pſal. 42. 3

10 Hoc iuſtorum eſt exercitium, vt notat Salomon: *Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo, ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu altiſſimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione. & pro delictis ſuis deprecabitur.* Omnia hęc verba perpende: *Iuſtus cor ſuum tradet* &c. Quid ſibi vult illud *Diluculo*? Ante omnia diligenter, ſtudioſè ita Dauid: *Mane adſtabo tibi.* IV.

Eccli. c. 39 6.

Tam, feſtinè cor eius evigilabat vt altiſsimum deprecaretur vt dum vigiles & qui cuſtodias obſeruabant, ad illum accederent, illum iam expergefactum, & coram Deo proſtratum in oratione reperirent: *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Quid inde boni? *Et ipſe diriget conſilium eius.* Deus illi auxiliabitur, diriget conſilia, fouebit negotia, rationes excitabit, vt proficiant & optatum habeant cuncta eius ſtudia ſucceſſum.

Ni fallor, in memoriam nobis reuocat Spiritus ſanctus hiſtoriam Iacob quam ex induſtria, & propoſito conuenienter expendit D. Chryſoſtomus, Quam primum præclarus ille Patriarcha Iacob intellexit filium ſuum Ioſeph quem multis annis, vt mortuum irremediabilibus lachrimis defleuerat, adhuc viuere ſuperſtitem, & in Ægypto pro Regis officio honorari *Remixit ſpiritus eius.* Hoc ait D. Chryſoſtomus fuit quaſi oleum infundere luminari iam deficienti, quó flamma ſuſcitatur lucidiſsima: atque ſenex: Si viuit adhuc ſuperſtes filius, quid vltra deſiderem? Illi Ioſeph munera mittit plurima, rogatque inſtanter, deſcendat in Ægyptum vbi regni clauum moderabatur, ne dubitaret, ſibi, filiis, armentis, & gregibus nihil defuturum: in terra namque Chanaan, vbi morabantur neceſſariò præ fame deficerent. Hic Patriarchæ plurimæ difficultates occurrunt: quâ ratione terram illam deſereret, in quâ Patres ſui Iſaac & Abraham vixerant, cum iam annis grauidus, ineptus eſſet quó locum & habitationem omnino mutaret, & quis modus vt filij ſui ac poſteri inter Ægyptios degerent imperturbati. Vt res ex animi ſuccedat ſententia, Deum implorat, atque ad celebrem illum accedit puteum iuramenti, nec non altare quod erectum adhuc videbatur, ab auo ſuo Abraham Deo dedicatum, quando fœdus percuſſit cum Abimelec, hoſtias immolat, diuinumque rogat ſubſidium. V.

Hæret hic D. Ambroſ. ad illa verba textus: *Profectus Iſrael cum omnibus, quæ habebat venit ad puteum iuramenti & mactatis ibi victimis Deo patris ſui Iſaac* &c. Aliam ipſe ſequitur lectionem: *Eleuans ſe Iſrael venit ad puteum iuramenti, & immolauit hoſtiam Deo patris ſui Iſaac.* En tibi (inquit) cęleſte ſacramentum illis verbis incluſum *Eleuans ſe Iſrael.* Quę non tam

de

de corporis quàm de ſpiritus intelligenda ſunt eleuatione. q. d. Quàm primùm Iacob ſtatuit cum liberis omnibus & armentis proficiſci in Ægyptum, quod iter incertis exponebatur euentibus, animum & cogitationem in Deum erexit, certum vtpote refugium, vt deprecatus inſpiraret illi, quod maximè conducebat, quô reſolueret id quod prudentiſsimè factum eſſe nemo dubitaret. Hoc etenim iuſtis proprium eſt in rebus maioris momenti quòd primùm ſuas in Deum eleuent cogitationes auxiliũ diuinum ad felicem inuocent determinationem, & hoc Spiritus ſanctus his verbis indicat: *Iuſtus cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo:* nam verbum illud *Diluculo*, non tam temporis auroram, quàm primam & anticipatam indicat actionem: hoc eſt; ante omnia. De hoc laudatur Iacob, qui vt optata à Deo conſequeretur, non vnam ſed plures victimas immolauit: *Mactatis victimis.*

Optimus & ſecurus procedendi modus ex iudicio D. Ambr. prius attollit cor, animam, & intellectum ad Deum terrena cuncta deſpiciens & omnia viſibilia tranſcendens, deinde ſacrificia Deo conſecrat: *Prius ſe eleuauit, poſtea immolauit: ille enim bene immolat, qui cognitionem diuinitatis inueſtigauerit.* Viden quam maturè proceſſerit Iacob cum incunctanter illi Deus adſit, cumque animet ad profectionem ac dicat: illud iter intrepidus ſuſcipiat; & ſuum illi fauorẽ ſpondeat, quò ex eo itinere euadat illuſtrior. Illum ſemel & bis vocat: *Iacob, Iacob.* Quis tu? Deus ego *Ego ſum fortiſſimus Deus Patris tui, noli timere ſed deſcende in Ægyptum: quia in gentẽ magnam faciam te ibi.* Miratur hoc facinus D. Chryſoſtom, & expenſis omnibus rationibus, ſic nos alloquitur. Num facinus Iacob attẽdiſtis? Num Dei reſponſum audiſtis, & vidiſtis auxilium? *Hæc audientes diſcamus quando quid facturi vel negotium aliquod capturi, vel peregrinationem ſuſcepturi ſumus vt offeramus Domino ſacrificium precum, & eius adiutoriũ inuocemus: vt ſic inſtitutum aggrediamur imitãtes illorum iuſtorum pietatem.* Hac ſolicitudine non pigri iuſti ſua negotia dirigebant, vnde & optatum ſemper finem aſſequebantur: Quàm omnia tibi ex animi ſententiá profluerent, ſi illis vt primicerium & prologum, feruentem præmitteres orationem peccata confeſsionibus expiares deuotè communicares, liberales effunderes eleemoſynas, pias percurreres ſtationes Sanctorumque poſceres tibi ſuffragia.

D. AMB.

DIVVS CHRYS. Hom. 63. in Gen. Tom. 1.

VI. Nec non Saulis & Dauidis.

Contemplare duos illos Iſraelis primos Reges, quos D. Aug. toties inter ſe confert: Saulem & Dauid, ambo reges, ambo ab eodem electi Deo, ambo diuinâ ſua gratiâ ad regiam euecti celſitudinem, ambo ab vno eodemque Propheta reges conſecrati. Illos attende, quiſque pro ſua parte negotium orditur arduum, difficillimum nempe prælium, idque viribus inæqualibus: Dauid in valle & torrente Beſor iuxta ciuitatem Siceleg contra Amalecitas, tanto copiarum inſtructos numero vt de eis referat ſacra pagina: *Diſcumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ.* Ipſe verò parua manu, hoſtibus inferior. Eodem tempore, eâdemque tempeſtate, ſuum quoq; Rex Saul aggreditur bellum in montibus Gelboë exercitu inſtructus, quô nullus in Iſraël illuſtrior cui tota militabat florentiſsima nobilitas & manus vireſque conferebant potentiſsimi pariter & validiſsimi quique milites. Parua nihilominus ſua fortis legione Dauid illuſtriſsimã refert de hoſte potentiſsimo victoriã, cuius militum numerus omnem ſuperabat numerum, ex ſuis ne vnò quidem deſideratò, deletis omninò fuſiſque Amalecitis, quorum cum tantus eſſet numerus, vix quadringenti fuga elapſi mortem euaſerunt; ipſe verò Dauid ſpoliis & manubiis diues victor redit glorioſus. Quid Saul ignominioſè cæditur, turpiter profligatur, & ad internecionem deletur exercitus, ipſe, filij, tota nobilitas, ſuper montes Gelboë miſerè & infeliciter omnium cadauera proſternuntur. Quid cauſæ? Non hanc ſiluit Spiritus S. indicat enim, quòd Dauid ante prælij congreſſum ad orationem confugerit, coram Deo, ſuas illi obtulerit cogitationes, deſideria, votaque propoſuerit, diuinæ quidquid animo conceperat ex toto remittens voluntati, ſuaſque cum illo communicans intentiones: etenim antequam in aciẽ copias educeret per Sacerdotẽ Achimelech tanquã ſequeſtrum *Conſuluit Dauid Dominum.*

1. R. 30. 16.

Porrò Saül nedum de hoc non cõmendatur, ſed inſuper conſilium ſumpſit, remq; habuit cum muliere incantatrice, quocirca tam infelici marte conflixit, vt totalem incurrerit corporis animæque perditionem. Ipſe Spiritus S. hoc ſignificat, qui referens de Dauid, quod ante congreſſum cum hoſte Deum in oratione conſuluerit, de Saule ſic ait: *Mortuus eſt Saul ... eo quod conſuluerit Pythoniſſã, nec ſperauerit in Domino, propter quod interfecit eum.* Eam igitur dicimus eſſe rationẽ, ob quã ſiniſtro euentu tua negotia ſiniantur. Mulier quã filio gnio contingẽ clegiſti,

1. Reg. 30. 8.

1. Paral. 10. 13.

giſti, tuæ carnifex eſt voluptatis; illa quam tibi ſummo futuram ſperabas commodo in tuam vertitur miſera perditionem; negotium quod ſuſcepiſti tuam conterit familiam; illa lis quam domui tuæ ſperabas fore proficuam, eiuſdemque fulcimentum, ipſa eſt econtra quæ illam à fundamentis eradicat. Nec hoc mireris: prima namque & vltima hæc tua eſt ſolicitudo vt cum amicis, & parentibus tuas communices intentiones cum quibus, velut cum hominibus, mille ſubiiceris erroribus; nec recordatus Dei fuiſti nec ad illum recurrere vel ſemel cogitaſti expoſtulans tuas ipſe dirigeret actiones. Quid conquereris, quod infauſtè tibi ſucceſſerit matrimonium, cauſæ contentio, & quod manibus concluſum arbitrabaris, in maximum tibi ceciderit detrimentum? Audi Spiritum S. ſæpè ſæpius, quid tibi ſit agendum, inculcantem. *In omnibus viis tuis cogita illum & ipſe diriget* [Prou. 3. 6.] *greſſus tuos. Reuela Domino opera tua & dirigentur* [Prou. 16. 3] *cogitationes tuæ.*

§. 4. *Secundò orauit tempore paſſionis: eſt oratio remedium quô laboribus, pœniſq; liberemur.*

☞ II. SEcundò: cum Domino ora, quando labores ingruere tibi videris, Deum deprecatus, vt te his ſaluum eripiat. Num te febris vexat acutior? Num infima premit inopia? Num graue affligit infortunium? Num ad extremas redactus anguſtias ob tibi litem ab aliis intentatam? In oratione tuum ſit ad Deum refugium. In oratione Chriſtus ad Patrem recurrit, quando iam imminentibus ſuæ paſſionis anguſtiis acerbiſmè torquebatur, atque in eâ tertiò perſeuerat, ab his liberari poſtulans, cumque noſſet quòd petitis Pater non annueret, non ideò ab oratione deſiſtit, quinimò intellecta per Angelum vltima reſolutione, ex quâ nouerat ſibi certò moriendum, tantò cœpit orare feruentiùs, quantò mortis [Luc. 22. 43.] anguſtiis cruciabatur acerbiùs *Factus in agoniâ, prolixiùs orabat.* Vt hinc addiſcas (inquit D. [Lib. 2. contra Pelag.] Hieron.) ad Deum tuis in tribulationibus recurrere, fiduciâ plenus, te ab illis fore liberandum, ab illo defendendum quo minus, quas times in te ruant calamitates, ſiue ab illis eripiendum: quando te vel maximè anguſtabunt ad Deum confuge, coram illo proſtratus, integra voluntatis tuæ reſignatione ſic precare; *Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte: verumtamen non mea, ſed tua voluntas fiat.* [Matt. 19. 33.]

Quàm bene nobis huius Theoriæ proponit praxim ille, qui tam ſapienter cum Deo nouerat agere, qualiter David! Dicito nobis Rex ſanctiſſime, num paſſus es tribulationes? [I. Dauid in tribulatione recurrit ad Deum, Pſ. 39. 13] Innumerabiles. *Circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus.* Hinc inimici, illinc filius meusque populus refractarius; nunc mihi deeſt ſanitas vt ad extremam tendam lineam; modò plures in nominis mei proferuntur teſtes ignominiam: illac me perſequuntur infideles, hac in me conſpirant periuri, qui tenebantur mihi eſſe fideliſſimi. Quod tibi remedium! Quale præſidium? Oratio. *In die* [Pſ. 76. 3] *tribulationis meæ Deum exquiſiui, manibus meis nocte contra eum.* Illo die, quô me grauior vrgebat afflictio, moleſtior atterebat infirmitas, maioribus curarum premebar anguſtiis, & innumeris torquebat circumquaque calamitatibus, ſeriò & ex toto corde ad Dominum cum tribularer clamaui. Hoc quippe ſignificat *Manibus meis*, Domine non te dimittam, niſi faueris mihi: Domine à clamore & lachrymis nullatenus deſiſtam, niſi leuamen animæ præſtiteris. Luctam illam Iacob toti mundo notiſsimam ſpectat, qui periculum ſibi præcauens, ex fratre præſentiſsimum, pernox in oratione perſeuerat, & vſque mane cum Angelo fortiſsimè colluctatur, qui vices voceſque Dei ſupplebat, dicens: *Non dimittam te niſi benedixeris mihi.* [Gen. 32. 26.] Hoc agebat Iacob, inquit David. *Nocte contra eum.* Et ſicut Iacob ſolutus liberque ab omnibus cingebatur, grauiſsimis euaſit periculis, ita & ego. *Non ſum deceptus.* Hic millies inter homines [II. Vana eſt fiducia hominis.] ab hominibus deciperis: etenim contingit, vt ille innumera tibi promiſſa iurauerit, alter oblationes fecerit infinitas; cum autem te caſus preſſerit inopinatus & ſiniſter, terga tibi vertunt (a) varias obtrudunt impoſsibilitatis [(a) Si ſalem per eua orilla.] excuſationes, aiſque: verè deceptus ſum, ille fidem mihi fefellit. Agendo cum Deo qui tibi promiſit ſi in die tribulationis viua fide, ſpeque ſecurâ ſupplex ad illum recurreris, quod tibi non deerit, ne timueris, non decipieris.

Circumdabant D. Auguſtinum in ſuæ conuerſionis exordio ipſo teſte afflictiones innumeræ velut intumeſcentes aquarum fluctus in [D. Aug. l. 8. Conf. c. 11. T. 1.]

quibus

quibus ( iuxta Dauidis phraſim ) non erat ſubſtantia, quibus omninò ſe ſubmergendum arbitrabatur. Audit cœlitus vocem. *Anguſtiæ quid in te ſtas? Proiice te ſecurus in eum, noli metuere, non ſubtrahet ſe vt cadas. Proiice te ſecurus, excipiet te, ſanabit te.* Confidit alter baculo arundineo, & quo tempore illo voluerit vti, vt ei, innitatur, lutum vel lacunam tranſiturus confringitur, manumque transfodit ita vt in medium decidat cœnum, vlcerata manu debilis, quâ ſibi nequeat eſſe præſidio. Tales homines dixero, vacuam arundinem; plurima verba & oſtentationes, attamen nulla veritate, nulla ſubſtantia, firmitate nullâ ſolidata. Sperabas in altero, qui tempore neceſsitatis tibi defuit, teque pluribus afflictum calamitatibus deſeruit infidus nimis: vnde hoc tibi licet occinere, quod alteri. (4. Reg. 18, 21) *Quæ eſt iſta fiducia qua niteris? In quo confidis? An ſperas in baculo arundineo atque confracto Ægypto, ſuper quem ſi incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? Sic eſt Pharao Rex Ægypti omnibus qui confidunt in ſe.*

II. Multi ſe dolẽt deceptos.

Heu quantos audio conquerentes, quod dum ſpei anchoram in hoc vel illo figunt, hi neceſſitatis hora exciderunt, & ſe deluſos prætererunt, modò quòd ſubuenire noluerint, modò quia non potuerint, modo quia non nouerint, modò quia conditionem hominum imitari, quibus nihil eſt familiarius, quam nullam verbis ſuis ac promiſſis fidem ſeruare conſtantiſſimam. Quam luctuosè plorat ille, ſpe proſtratus, quâ medico eiuſque præſcriptis inhærebat, quando ſe dolet, velut illa mulier de qua D. Marc. poſt duodecim annorum infirmitatem. (Marc. 5. 26.) *Fuerat multa perpeſſa a compluribus medicis & erogauerat omnia ſua, nec quidquam profecerat, ſed magis deteriùs habebat:* omnibus expenſis facultatibus bolo fruſtrari deſiderato. Quàm triſtis ingemiſcit litibus occupatus, quando cum aduocati tum procuratorum diligentiæ ſtudiiſque confiſus, ſe luget cauſâ excidiſſe, perditamque familiam. Eſto ſecurus, non hoc tibi continget ſi prout conuenit, & perſeueranter diuinum implores auxilium. *Nocte contra eum, & non ſum deceptus.*

### §. 5. *Tertiò: Saluator orat quia Iudex futurus: tales namque decet Oratio, vnde dicuntur fortes Iſrael.*

Tertia occaſio, quæ nobis in Euãgelio proponitur, quâ Chriſtus ad orationem confugit, illa eſt, quam D. Ioannes hodie deſcribit, quando Iudicis eſſet officio functurus in cauſâ maximè arduâ, ex eo quod ſingulæ partes erant potentiſsimæ, nec non iuſtiſsima prætentione premunitæ; legis iuſtitia, Deiq; miſericordia, eius Aduocati Patroni ex vna parte littera legis erat ſtrictiſsima, ex altera verò ſpiritus amoris Euangelici: Sollicitatores, qui ſentẽtiam vrgebant erant diligentiſsimi, quinimò mille perfidi proditionibus, quibus iudicẽ irretire laborabant; iudicium difficillimũ: ſi namq; pro legis iuſtitia ferret ſententiam, contẽptus Euangelicę videretur eſſe miſericordię: ſi verò miſericordiæ faueret Euangelicę legis iuſtitiã euertere velle iudicaretur. Res eſt, quæ alium præter Chriſtũ animo ſuſpẽderet anxio vehemẽter. Ad orationẽ primũ ſecedit, in quâ feruens & continuus tota nocte perſeuerat, cũ tamẽ hac non indigeret: erat quippe ipſa diuina ſapientia, ſed vt doceret, quò illi prę cęteris ſubſidio indigerent orationis, quâ diuinũ obtineant auxiliũ, qui populi ſunt iudices, vt maturè ſanoq; conſilio, procedant, concludant, ferantq; ſententiam: etenim tot offeruntur difficultates, ex eo quòd ſingulæ partes tam dilucidè ſuam proponant iuſtitiã, vt illa apud vtramq; valere videatur, vnde cœleſti opus eſt lumine, vt illam agnoſcant, præſertim cum illi tanto ſtudio laborent, iudicis in ſuam partem trahere ſententiam. 12.

I. Cauſa huius iudicij difficilis.

II. Iudex Deũ roget pro lumine.

Vt igitur prudẽter Iudex in ſentẽtiã procedat enuncianda, illã neceſſe eſt oratione præueniat, intelligere namq; debet illã magna ſe Deo oſtẽdere reuerentiam, ſignoq; venerationis. Sibi perſuadeat, quod in iudicio ſeu ſententia quã pronuntiat, ipſum Dei iudicium exequatur, & quaſi eius reſidens loco pronuntiet, declaretq; iuſtitiã, quam Deus per ſuam vult declarari ſententiam. Hoc Ioſaphat Rex indicauit, iudicis officium, non hominũ ſed Dei proprium eſſe officium; & ad diuinam ſpectare excellentiam, vt ſuis in iudicijs prudentur iudex procedat: eo quod in illis intelligat oportet, ſe nihil aliud eſſe quàm merum iudiciorum Dei declaratorẽ. Hinc collige, quanti referat toto ſtudio laborare, ne in illis aberret:

aberret: vt autem hoc aſſequatur efficaciſſimum remedium illud eſt orationis, in quâ diuinam repoſcat lucem, vt illâ colluſtratus omnes ab intellectu ſuo tenebras depellat, quibus litigantes conantur partis aduerſæ obſcurare iuſtitiam, viuoſque colores ſuis appingere prætentionibus.

III. Iudiciū de actibus humanis arduum eſt.

Qui determinata in ſcientiis naturalibus proferunt iudicia, perſcrutantur ea, quæ ad ordinem ſpectant naturæ: quæ cum ſint ita certa, & determinata, vt aliter eſſe non poſſint, nec contrario modô ſuccedere, quàm natura in eis determinauit (Doctore Philoſopho) ſcientifica eſt cognitio, quam ex illis Doctores habent, & ad eorum cognitionem per affectus infallibiles, & media certiſſima progrediuntur. Quâ de causâ iam in illis quaſi reſplendet diuina ſapientia, diciturq; quòd lucis ſuę ſplendorem Deus ſuper omnia opera manuum ſuarū effuderit, eô modô vt qui conſideratè diuinā in illis attenderit ſapientiā, quā illa creauit, inueniet quàm rectū ac determinatū poſſit de omniū illorū natura proferre iudicium, nec non omnia hæc illum docebunt, quomodo in cæteris eā iudicare debeat rectitudine, quā omnia illa demonſtrant.

*Rom. 1.* Vnde D. Paulus ſic de Philoſophis loquitur, quòd ex cognitione creaturū, aſcendere potuerint ad diuinæ ſapientię cognitionē. Porrò iudices de actibus humanis ferunt iudicium, & de eo iudicant, quod cor hominis per actus determinat exteriores, vt puniant quod ſupplicio dignum inuenerint, & prę mium rependant iis qui ſecundum rectam procedunt rationis regulam; hærent in eo quod iudicium ferunt de rebus ſingularibus ac contingentibus, quę alię, quam videntur eſſe poſſunt, & iudicant de operibus, verbis, & quandoque etiam de cogitationibus per ſigna licet & opera exteriora declaratis. Et ſicut *Sap. 1.* Sapiens teſtatur procul abeſt diuina ſapientia ab operibus, verbis, & cogitationibus iniquis, proximoq; pernicioſis, quia illis diuina nō aſſiſtit ſapientia ſed ſpiritus erroris deceptorius.

Si Iudex igitur de his habeat actibus iudicare, & in illis diuina non ſuccurrat ſapientia, cum illa ſit quæ dirigere poteſt illum vt rectū ferat iudicium quod de illis incumbit iudici pronunciandum, tu Iudex eſto, quàm ſtrictè ad Deum confugere teneatur, lumenq; requirere, quô in iis quę iudicanda veniunt à verò rectoq; non deuiet. Aliquoties mente reuolui, quod litigātibus accidat id quod duobus exercitibus inuicem hoſtiliter oppugnantibus, ſingulis ſuam tenere laborantibus ſtationē, hinc tormenta ludunt maiora illinc infremunt minora, ex hac illaq; parte tanta ſuſcitatur nebula, vt ipſum ſolis iubar lucidiſſimū obſcurare videatur. Idem in cauſarū proceſſibus contingit: ſuas enim quæq; pars allegat rationes, hæc in illam, in hanc illa & duplicatus videtur impetus, dum ratio producitur, quam pro iure ſuo talis aut talis allegat Aduocatus, velut bombarda tot textibus tot oppleta auctoribus. Prodit alter, alia ratione armatus nō minus efficaci, reduplicatis textibus, antiquis moderniſque conciliis: tormentū eſt bellicum, ſcriptis libris, codicibus huius illiuſq; auctoris refarcitū. His tantam excitant caligiē, vt quęque pars ſibi attrahere velle videatur iuſtitiam: quod cum ita ſit, anxius hæret iudex, vt definire non poſſit nec illam decernere quæ in ſe velut ſol eſt clariſſimus.

Rogauit me quondā huius regni vir primarius, vt pręſens adeſſem audirēq; allegationes in causā matrimonij eo ſedente iudice producendas, cum verò attequam audirem aduocatos, eiuſdē litis reſolutio mihi videretur ipſo ſole clarior, & re ipſa ſic eſſet & cū ipſo viro primario cōmunicaſſē, auditis vtrimq; partibus dubios ſubſtiti neſcius cui parti faueret iuſtitia: turbabar etenim valde, etiam in hoc ipſo quod mihi prius erat euidentiſſimū. Hinc cōcepi, quod talē ſępè operentur effectū allegationes rationū qualem ille, qui in fonte ſeu aqua cryſtallo puriore pedē infigit, quô ipſa, prius luciſſima, planè perturbetur. Si verò proceſſus agatur per teſtes, quos pars vna producit cētenarios, qui directè in ſuę prætentionis teſtantur fauorem: altera verò cōtraria tot alios proferat, qui eâdem euidentiâ in ſuæ fauorem teſtificantur: & viſa parte vna quis dixerit depoſitiones eſſe concludentes, audita verò altera pariter quis dixerit eſſe concludentes. O quis fumus excitatur obſ[illegible]tior, quô tota nubilatur iuſtitia. Oportet Iudex ad Deum recurrat, & in oratione lucem expoſtulet diuinam, dicatque cum David: *Deus meus illumina tenebras meas.* Pſ. 7.

Mirabilem planè caliginē excitarunt ſeniores illi, quos vidit Ezechiel thuribulis ſuis idolis thus offerentes, quę tanta exurgebat, vt dies in noctē verteretur obſcuriſſimā. *Ezech. 8.* Enimuerò hoc frequēs eſt in litibus; accurrit ille, accurit alter, incenſoria producit, thus ſeu munera adolens vxori, filio, filię, cognato, familiari, veneratiōnibus humilis, precibus inſtans, hinc inde rationes allegās, quibus infelix Iudex in diuerſa du-

bius

bus rapitur: hinc ſubornationibus allicitur, illinc amicitiâ trahitur, hac humani vrgent reſpectus illac ratio familę, iſtac externæ correſpôdentiæ. Tam ſpiſſas inter tenebras quis ſolem

V. Caliginé offundût partes iudici.

vibrat? Ad veritaté cõfugiat lumenũ ſupremũ illũ Iudicé regemq; Dauid imitetur: *Emitte lucẽ tuã & veritatẽ tuam.* Dñe mihi lucem infunde, vt cognoſcam veritaté: eſt enim veritas, filia tua, ſed tenebris eã obſcurãt difficultatũ, emitte lucẽ tuã quã veritaté aperiã illamq; dignoſcã. Hæc vna eſt, & maximi momẽti actio Iudici cõueniens quoq; ſũmoperè Deo in Salomone placuit, quã preclaris Spirit⁹ S. nobis exarat circũſtãtiis.

Pſal. 42. 3

Deus in Regẽ populiq; ſui iudicem creauit Salomonem, & in throno confirmatum collocauit regali. *Confirmatum eſt regnum in manu Salomonis.* Huius beneficij memor, gratias acturus ſeceſſit in Gabaon: locus hic erat offerendis ſacrificiis, vtpote celſiſsimus opportunior. *Illud quippe erat excelſum maximũ* Vatablus opinatur ibi erectũ altare ſacrificiorũ Æneũ. Theodoretus tenet nõ niſi locum fuiſſe altiorẽ, quia licet Deus nõ offerri ſacrificia præcepiſſet niſi illo in loco à ſe deſignato, cum adhuc templũ nõ eſſet ædificatũ, licebat tamen ea offerre in montibus altioribus, & obtulit in eo monte Salomon mille ſacrificia. *Mille hoſtias in holoc auſtum obtulit Salomon ſuper altare illud in Gabaon.* Apparet illi Dñs, atque, *poſtula quod vis vt dẽ tibi.* Dñe mi, reſpondet Salomon, manifeſtũ eſt quod ego deſidero. Quid petat homo quẽ in iudicẽ regẽq; populi tui exaltaſti, qui ex ſe mille fraudibus, ignorantiis, erroribus, & negligẽtiis ſubiicitur, niſi lucẽ cœleſtẽ, fauoremq; tuũ, quô prudẽter iudicis exerceat officium? *Domine Deus tu regnare feciſti ſeruum tuum* &c. *Seruus tuus in medio eſt populi, quem elegiſti, populi infiniti qui numerari & ſupputari non poteſt, præ multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile vt populũ tuum iudicare poſsit & decernere inter bonum & malum. Quis enim poterit iudicare populũ iſtũ* &c. Quàm grauiter hâc expẽdit difficultatẽ. Elegiſti me iudicẽ populi infiniti q. d. varias caſq; contrarias habet prætẽtiones, qui diſsidẽtib⁹ abũdat humorib⁹, in quô tot ſunt ſententiæ quot capita. Qua ratione valeam ego abyſſũ illã pelagi perſcrutari? Si impoſsibile ſit mari bolidẽ iniicere profundiſsimo nec eſt ingeniũ aliquod creatũ quod penetrare queat concauitates, ſinuſq; quos ſuã concludit altitudine; Quis ego ſũ qui tot maria, quot ſũt corda ſubditorũ inueſtigẽ: illorũ enim quoq; pelagus eſt tot ſinibus cõcauum vt nõ ſit, qui illud

VI. Salomon ob petitã ſapientiã Deo placet.

3. Reg. 3. 1
Lib. qq. in 3. Reg. q. 12.

Ierem. 17 9.

perſcrutetur? *Prauum eſt cor hominis & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud?* Hoc ſuppoſito quod mihi plurimi refert & poſtulat Dñe mi, cor eſt docile. *Dabis ergo ſeruo tuo cor docile.* Sacer ſtiliter ſignificat cor ſeu intellectũ non obfirmatum ſed flexibilẽ, qui audiat appendatque rationes, quales illæ ſint, & cum vnã admiſerit partem, audiat & alteram: hoc namque bono competit iudici. Huic conuenit trãſlatio Vatabli *Da ſeruo tuo cor audiens.* Primæ tantum informationis repelle iudicem, quam ita tenaciter defendit, vt ſecundam non admittat, illumq; reiice, cui intellectus eſt æreus, & inflexibilis vt Angeli, quẽ nemo poſsit emollire, nemo ab eo deducere, quod ſemel apprehenderit.

VII. Quid ſignificet cor docile.

Veruntamen plus aliquid indicat, *Cor docile,* id eſt, cor à te edoctum, tuo colluſtratũ lumine tam claro, vt, quantumlibet partes rectã perturbent iuſtitiam, illud decernere poſsit & accepto cauſæ proceſſu valeat noſcatq; bonũ à malo diſtinguere, & inter mille laruas ſibi obiectas ne iuſtitiã agnoſcat, illam tamen queat aperire in lucemq; producere. Hoc à Deo tam inſtanter & prudenter poſtulauit Rex ille & Iudex Salomõ, vt Deus ipſe ſibi hoc, ſi quid aliud placuiſſe demonſtrârit: vnde ſic ait: ſcopum attigiſti fili mi: etenim hoc optare & rogare iudicẽ decet prudẽtiſsimũ. *Placuit ergo ſermo corã Domino quod Salomõ poſtulaſſet huiuſmodi rẽ & dixit Dominus Salomõni quia poſtulaſti verbũ hoc & nõ petiiſti tibi dies multos, nec diuitias aut animas inimicorũ tuorũ, ſed poſtulaſti tibi ſapientiã ad diſcernẽdũ iudiciũ* &c. *dedi tibi cor ſapiens & intelligens* &c. *ſed & hæc, quæ nõ poſtulaſti dedi tibi* &c. Quis fortè dixerit iuniorẽ decere principẽ in throno recẽter collocatũ, prę cæteris poſtulare, pluribus annis integrã ſalutẽ poſſe gaudere, opibus affatim diteſcere, quib⁹ ſuã tueatur auctoritatẽ, omnes videre ſibi ſubiectos inimicos, quò regnũ ſuũ tranquillã pace glorietur. Hoc vos, & vos peteretis at horũ nihil Salomõ, ſed hoc tantũmodò, Dñe Deus, cũ regnare me feceris ſeruũ tuum, & iudicẽ populi cõſtitueris infiniti, cœleſtem tuã mihi lucẽ infundito, quã prudenter exerceam iuſtitiam, illam quę in iis inueniam cauſis, quæ coram me iudice ventilantur, illam licet hinc quidã illinc alij laborẽt abſcõdere. Hæc eſt, inquit Deus, ita hæc eſt ſapiẽs à Deo petitio, vt illã nedũ tibi cõcedã, intellectũ tribuens illuminatũ ſapiẽtẽ intelligẽtẽ cũctaq; penetrãtẽ inſuper & alia tibi, quæ nõ poſtulaueras liberalis elargiar: vt per hoc principale notes deſideriũ, quod in

VIII. Cor docile poſtulet a Deo Index.

eo

eodebet aſſurgere, & vehementius excitari, qui ſedem occupat iudiciariam, ſuperni ſcilicet fauoris & diuinæ lucem gratiæ, quâ à recto non deuiet tramite iuſtitiæ Quocirca tantò frequentior eſſe debet ad Deum iudicis oratio, quantò, cum Salomóne, populo præeſt frequentiori, tantòque fiat oportet oratio feruentiùs, quantò cauſæ quas habet præ manibus, negotium faceſſunt illi difficilius; *In medio populi infiniti, qui numerari non poteſt præ multitudine.*

Hoc leganter deſcripſit ipſe Salomon figuris plenè cœleſtibus vt harum doctiſsimus. Licet autem hoc comuniter SS. Patres de Prælatis Eccleſiæ, eiuſque prædicatoribus intelligant, & nos in aliis occaſionibus eodem ſenſu ſimus interpretati, modo tamen non abſonè iudicibus adſcribitur, cum omnes illo fungantur munere, cum ſpirituales tum temporales.
*Cant. 3. 7* *En lectulum Salomónis ſexaginta fortes ambiunt*
IX. *ex fortiſſimis Iſraël omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi vniuſcuiuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.* Pacifici lectulus Salomónis rempublicam ſignat Chriſtianam pace gaudentem. Vt autem hæc integra conſeruetur & imperturbata, neceſsitas exigit, vigiles adhibeantur, qui terrorem incutiant, reprimantque noctiuagos inſolentiis inquietos.

*Lectulus Salomõnis eſt reſpub. Chriſtia.*

*D. GREG Nyſs. Homi. 6. in Can.* Ita declarat verba hæc D. Greg. Nyſſ. *Propter timores nocturnos. Paratum habeat enſem, terrorem afferens iis, qui noctu & in tenebris inſidiantur.* En tibi, quâ de cauſa ſtatuantur iudices, inquit Apoſtolus, qui nobis ſymbolum illud declarat Salomónis, Iudices, ſeu Principes *non ſunt timori boni operis. Sed mali. Vis non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illâ* &c. *Si autem malum feceris, time, non enim ſine cauſâ gladium portat.* Modò tibi liqueat, cur traditus ſit tuis manibus gladius, vt ſcilicet malos perterreas, inſolentes refrænes, audaces reprimas, qui timorem illis inijciunt, qui pacifici liberiuſque liberi viuere deſiderant, *Propter timores nocturnos.*

*Rom. 13.* X. *Eius cuſtodes fortiſsimi, ſunt Iudices ob varias rationes.*

*Prima ratio.* A quibus vigiles illi commendantur conditionibus? prima eſt, quod numero ſint ſexaginta, numerus determinatus pro indeterminato: ſexagenarius enim magnam inuoluit perfectionem cum de numero ſex & decem multiplicatus conſurgat, ambo qui præclaris ſcatent eminentiis, quas expendunt de hoc agentes D. Greg. Nyſſ. D. Greg. Magnus, Theodoretus & reliqui communiter Patres.

*Secunda ratio.* Secunda: quòd fortiſsimi ſint, electi ex fortiſsimis Iſraël. *Fortes ex fortiſſimis Iſraël* q. d. Adeps & flos eorum qui cæteros fortitudine ſuperabant, Fortes ſunt parum eſt hoc, ſunt fortiſsimi: & nedum fortiſsimi, ſed ex fortiſsimis electi fortiſsimi, quò ſignificetur, nemini maiori opus eſſe & conſtantiori fortitudine, quàm iudici, quem nec amor moueat, nec timor terreat, nec lucrum alliciat, nec iactura debilitet, nec amici ſuperent, nec reſpectus aliquis creatus à recto detorqueat.

Expendit D. Ambr. Pilati Iudicis defectum. Negare non poſſumus (inquit) quin prius maturam iuſtamque tulerit in Chriſti cauſâ ſententiam, exclamando: *Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius* Cum eadem fit, iiſdemque prolata verbis, quam Propheta Daniel in cauſa caſtiſsimę Suſannæ proclamârat, quam perfidorum malitia Seniorum ad mortem rapiebat lapidandam: extulit enim vocem, & ait *Mundus ego ſum à ſanguine huius Hâc voce* (loquitur D. Ambr.) *circa Suſannam Daniel vtitur, quâ circa Dominum vſus eſt Pilatus. Eadem ſententia ſoluitur pudicitia, quæ eſt abſolutâ iuſtitiâ.* Porrò hæc fuit Pilati perditio, fortitudinis defectus: audito enim Cæſaris nomine, eiuſque familiaritatis amiſsione, illiſque verbis: *Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris.* Turpiter labitur & iniuſta accuſatorum paſsione ſuperatur. Sapienter dixit Sapiens: *Noli quærere fieri iudex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.* Vox illa, *virtus*, idem eſt ac fortitudo potens ſuperare malitiam: virtus quædam, reſpectibus non ſeducibilis, ſcandalis non flexibilis, vt vel puncto diſcedat à vero, aut detineatur, ne progrediatur vlterius. Sicut Apoſt. de Chriſti Evangelio, quô fortius animabatur. *Virtus Dei eſt* Etenim in illo Virtus Dei eſt potentiſsima, quâ cunctis mundi, quinimò & inferni reſiſtat intrepidè poteſtatibus. Hanc oportet habeat iudex, quâ *valeat virtute irrumpere iniquitates.* Hoc autem *ne ponas ſcandalum in æquitate tuâ*, legit textus Græcus, *In iniquitate tua, aut rectitudine tuâ.* Ea de cauſa ipſe Salomon in gradibus, quibus ad thronum aſcendebatur ac tribunal iudiciarium, duodecim altrinſecus ſtatuit leones, quo ſignificaret, quòd illi qui eò aſcenderet, animus

*Matth. 24.* *Dan. 46.* *D. Ambr. Serm. 6. in Tim.* *Eccli.* *Rom. 16.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus deberet eſſe regiuſque leoninus, de quô ſic
Prou.30. 30. ipſe, *Leo fortiſſimus beſtiarum ad nullius paue-*
*bit occurſum.*

Tertia ratio. Tertia q[u]alitas. *Omnes tenentes gladios, & ad*
*bella doctiſſimi*. q. d. Ex opinione Vatabli quod
ſtrictos manibus tenerent gladios quibus ma-
gnâ dexteritate & agilitate vtebantur. Hinc or-
tum eſt, vt iuſtitia ſtricto gladio armata depin-
gatur: ipſe enim eſt quô Iudex iudicare, quem
tenere firmiter debeat, quoque offendẽtes offen-
(a) Toque à quien toquare. dat (a) hoc illi bellũ inferant, hoc pacẽ ſtabiliãt;
huius enim gratia bellũ indicitur. Illũ firmiter
ita teneant, vt illis nomen à Deo impoſitũ aptè
Iſaiæ 61.3 conueniat. *Fortes iuſtitiæ*. Sunt illi iuſtitię, non
Pſ. 75.6. illorum iuſtitia. *Fortes*. Dicuntur à Dauide qui-
dam, *Viri diuitiarum*: quia diuitiæ non ſunt vi-
rorũ, ſed viri diuitiarũ, quia diuitię dominę ſunt
illorũ & de illis agunt quodcumq; libuerit, non
autẽ illi de illis, quia de illis pro beneplacito nõ
diſponunt. Ita dicũtur fortes iuſtitiæ qui illã vt
Dominam agnoſcunt, & quidquid illa voluerit,
exequuntur: & aliter de illa diſponunt quàm qui
iuſtitiam vt ſuam habent, ſic vt ipſa eorum ſit,
quia cum illa faciunt quodcumq; voluerint, &
pro animi ſententia illã, eò quâ ratione volue-
rint pertrahunt. Fortes igitur iuſtitiæ erunt illi,
qui parati ſũt ſeruire iuſtitię velut principi ſuę,
vt eiuſdem cuſtodes vigileſq; fortiſſimi. Proh!
quàm conueniens epithetum, quô diſcas, Iudex,
te decere, vt ſemper conſtans, ſemper ſis para-
tus ſeruire iuſtitiæ, illam tueri, conſeruare &
cuſtodire, ne illi aut vlla fiat iniuria, aut con-
temptus irrogetur.

Quarta ratio. Quarta conditio: *Vniuſcuiuſque enſis ſuper fe-*
*mur ſuum*. Quid hoc rei, ſi manibus teneant gla-
dios, vt quid illos de femore ſuſpendunt? Grãde
myſterium à Patribus hic aperitur. Femur (au-
ctoribus D. Greg. Papa & Nyſſen. & Theodore-
to) noſtram indicat concupiſcentiam carniſq.
appetitus ſenſuales. Ne ſibi Iudex perſuadeat, in
aliis, & non in domo ſua exercendam eſſe iuſti-
tiã, etenim illa prior eſt reprimenda & prę cęte-
ris ſuis ſunt componẽdi & reſecandi affectus &
quæ illum cõcernit, lucri, familiæ cognatorum,
& perſonarum ratio propriarũ. Verùm hoc attẽ-
de ſingulariter quòd ait illos fuiſſe *in fortiſſimis*
*Iſrael*. Nomen hoc, vtpote diuino impoſitũ ore
diuinis ſcatet myſteriis. Notum eſt trimulis à
Deo nomen fuiſſe Iacob impoſitum, vt deinceps
Iſrael vocaretur. Occurrebat illi negotium gra-
ue nec minus periculoſum, ſuis impar longè vi-
ribus: obuius enim in prælium ire debebat fratri
ſuo Eſau, qui quadringentis ſtipatus militibus
ad bella doctiſſimis, fratrem ſubiecturus ad-
ueniebat. Timet Iacob periculi conſcius & ne
fratris copiarum viribus ſuperetur, pauidus, quid
agit? ad Deum in oratione confugit, mulieres
ablegat, filios, pecora, paſtores, totamq; fami-
liam, & ſeorſum oraturus abſcedit, idque tanta
animi contentione, vt totam noctem in oratio-
ne conſumat, diuinam implorans lucem, fauo-
rem, mentiſque fortitudinem. Apparet Angelus
cum eo colluctatur quod aliud nihil fuit, quam
ſicut declarat Oſeas & nos aliàs diximus, quidã Oſe 12.
orationis feruor noncommunis lachrymis cor-
diſque ſingultibus roboratus: hic namque eſt,
qui Deo vim infert non minimam. Optimè
reſpondet Angelus, annuo poſtulatis. Si namque
huc vſque Iacob fuerit nomen tuum, erit dein-
ceps Iſrael, quod ſignificat (interprete D. Hier.) Lib. qq.
*Vincens Deum*. Qui namq; tàm fortis fuerit vt *ſeu tradit.*
diuinum potuerit affectus orando ſuperare, poterit *Heb. in*
& homines diuinâ roboratus gratiâ ſuperare: hâc *Gen.*
præmunitus in arenam deſcendit fortis adeò at- *Gen. 32. 26.*
que animoſus, vt fratrem ſuum eiuſque copias
validior illo ſuperârit.

XI. Iudex imitetur Iacob. Hinc patet quid tibi ô Iudex ſit agendum,
quando non leuia tibi occurrunt negotia dum
pars altera benè prodit ordinata, vt te fallat &
ſuæ ſubiiciat prætentioni, multis pro ſe ſociata
aduocatis, qui pro ſe varias adducunt rationes
mediaque fortiſſima. Si quando videris tuum
non poſſe intellectũ illorum diſſoluere laqueos,
quos in cauſâ pendente pars doloſa contexuit,
ad Deum confuge: mulierem vel ad modicum
temporis, filioſque ablega, de familia tua eiuſq;
curis ſequeſter ad angulum cum Deo ſecede lo-
cuturus: hic eius implora gratiam, fauoremque
poſtula: cum enim ille ſit, qui te ad hunc euexit
locum, quô iuſtitiæ ſatisfaceres, infundet tibi
lumen, quô munere tuo laudabiliter digneque
fungaris.

XII. Ioſue quia Dominum non conſuluit eluditur. Quia verò in hoc multi defuerunt, ſæpius fue-
runt irretiti, & ſiniſtras pronuntiârunt deluſi
ſententias. Quinimò hic caſus Ioſuè contigit
viro alias prudentiſſimo, illum Dominus iudi-
cem creauit ducemque populi: hoc munere
ſtrenuus fungitur & quæ ſunt iuſtitiæ tenax exe-
quitur Dei præcepti obediens. Hanc Deus in
quoſdam declarauerat ſuos inimicos, nempe Ga-
baonitas populum vicinũ, quam dum Ioſuè im-
plere cogitat, illi factũ ſubodorati veſtes induũt
laceras, tritoſque calceos, panem aſſumunt ad
ſolem areſactum, vinum deferunt acetoſum,

& hoc ſchemate ſe Ioſuē ſiſtunt iudici, Domine mi, tales nō ſumus, quales nos arbitraris: etenim populo circumiacenti diuinam intentas ſententiam: nos verò de longè adſumus, vt noſtrum teſtatur ſchema: nam egreſſi de terra noſtra, nouis induti veſtibus, nouiſq; calceis, ecce per longas itineris moleſtias detriti ſunt, panis, quem recentem accepimus, vt vides, eduruit, vinumq; electiſsimum in acetum amaricauit. Audit illos Ioſue, legitimas iudicat eſſe rationes, & pro eorū pronuntiat incolumitate contra quos diuina fuerat lata ſententia. Deluſus eſt Ioſue (teſtatur Scriptura) eiuſq; comites, allegatis à perte fidem adhibentes, nimis citò creduli: quia ad Deum non recurrerunt gratiam lucemque poſtulantes, quā ſanam pronuntiarent ipſi ſententiam. *Os Domini non interrogauerunt.*

*Ioſue 9. 14.* Quoties, heu quoties hic lapſus contingit, vt pars altera, quæ nulla aut minori nititur iuſtitia, mille millia proponat tam efficaciter, vt ad lachrymas & compaſsionem iudices permoueat, quibus fidem adhibentes pronuntiant contra id, quod recta ſuadet iuſtitia: nec mireris: non ad Deum confugiunt non lucem poſtulant & os Domini non interrogant. Os Domini interroga quid tibi ſit pronuntiandum; ita vt tua ſententia diuino velut ore pronuntietur. Hoc aduerte verbis illis innui, quibus in enuntiandis vtemini ſententiis. *Vt de vultu eius iudiciū noſtrum prodeat.*

*Pſal. 16. 3.*

XIII. De vultu Dei prodeat iudicium.

Hæc verba ſunt Dauidis, quorum ſenſus hic eſt litteralis, quod pendente cauſa non leuis momēti, ſedente Dauid pro tribunali, cum vellet, illā in fauorē diuinę definiri iuſtitię, Deum conſuluit. *Exaudi Domine iuſtitiā meam* &c. *De vultu tuo iudicium meum prodeat*, q.d. Tu eſto Domine hac in cauſa iudex & arbiter, vt de tuo benè definita prodeat cauſa tribunali; ſic Iudex peroret litē definiturus: Tu Dn̄e pronūtia ſentētiā, & de tua prodeat deciſa pręſētia: ego tantūmodò tubus deſeruiā, quò illa declarabitur, prodibitq; in publicum. Vel metaphoram ſumitā Moyſe, qui Iudex populi conſtitutus Dominū conſulebat, & coram eo proſtratus diuinam flagitabat ſibi lucem infundi, quæ de vultu Dei in facie eius tanta reſplenduit vt reuerſus ad populum, velut ſol alter radiaret: q.d. Domine mi vultus tui lucem mihi communica, vt ad eius lucem, & non ad huius, vel alterius opinionem mea pronuntietur rectè ſententia. Chriſtus futurus Iudex, & cauſā non parum arduam definiturus ſeorſum prius cum Deo ſecedit, totāque nocte in oratione perſiſtit, cū tamen ipſa lux eſſet & paternæ gloriæ ſplendor, cuius oculis patebant omnia: concludē igitur quid te in ſimilibus agere oporteat occaſionibus.

§. 6. In montem Oliueti *&c.* Adducunt mulierem *&c.* Hæc mulier modo deprehenſa eſt. *Vigilat Chriſtus in orando, ipſi verò in machinando. Mulierem in adulterio deprehendunt: qui namque per terram ambulat impreſſa relinquit veſtigia.*

PErecta ſolemnitate Paſchali, feſtoq; Tabernaculorum octiduo, Saluator illo mediante velut animarum mercator aduolat, quas inquiſiturus de cœlo deſcenderat, & nundinas maximè frequentes percurrit, in quibus de earum agebatur beneficio. Summa concionatur voce eaq; tam efficaci, vt plures de turba ſe illi ſubmitterent fideles. Quamprimum hoc ſuis innotuit capitalibus inimicis, Pontificibus, Sacerdotibus, Scribis, & Phariſæis, plenum illi conuocant concilium, in quò Chriſti conclamant homicidæ perditionem. In cuius executionē fortiſsimos aduocāt apparitores dato præcepto, ſūptis vinculis, cateniſq; ferreis Chriſtum vinctum ſacro ſiſterent Concilio, quod ita vocabant, propriè tamē erat dæmonū conciliabolum, vt die Lunæ infra octiduum dicemus. Acceſſerunt Miniſtri: Chriſtus autem diuinā ſua potens virtute, quàm primùm illos vidit faciem ſuam in illos verbaque contorſit, quibus eos, qui prius leones erāt ferociſsimi, in agnos conuertit manſuetiſsimos, ſibique addictiſsimos; cuius pariter facti Prædicatores ad concilium reuertuntur, quos Pontifices interrogant. Cur non adduxiſtis illum? Reſpondent illi: *Numquam ſic locutus eſt homo.* Nō eſt hic homo, quem vinctum capiamus, ſed qui totum mundum ſuo capiat amore conſtrictum. Quò reſponsō diabolico agitati furore ſoluunt concilium & domum rabidi reuertuntur. *Ioan. 7.*

Iſto ſtratagemate feſtum abſoluitur in quò Chriſtus multum fuerat ex nimia & clamoroſa prædicatione fatigatus: at eius hoc fuit refrigerium, noctem illunem vſque in mane in monte Oliueti precibus impendere, cœleſtem rogans Patrem pro hominū ſalute, criminūque remiſsione. Pariter & ipſi vigilàrunt, technas, quibus eū caperēt, molientes; cum enim illis ex ſen-

I. Dom Christus peruigil

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

erat, Iudæi ei inſidias moliũtur

ſententia non eueneric, dum viribus velut leones oppugnarẽt; modo velut dracones cum aſtutiis adoriuntur. Obtulit illis diabolus patronus optimus occaſionẽ adeò congruã, vt ſibi nullo modo Saluatorẽ poſſe euadere perſuaderent. Vigiles caſu fortuito miſeram offendunt mulierculã actuali pollutam adulterio. Hanc apprehendunt, & ad Pontifices adducunt, qui continuò ſuum conuocant ex tota illa Phariſæorum Scribarum que fœce concilium, qui ſibi oblatum à Deo laqueum arbitrantur, quem Chriſtus effugere non poſſet, ſi illum ipſi expanderent, hac in cauſã ipſum iudicem conſignando: quia vel hic homo mulierẽ liberã dimitti, vel damnari iudicabit: Dilẽma eſt indiſſolubile. Si dimitti ſẽtiat vt inimicum & aduerſariũ legis Moyſaicæ accuſabimus, quæ diſponit expreſsim, vt adultera lapidetur. Si damnari iudicet, ipſum ſibi contradicere de peccatorum indulgentia quam ſemper habet in ore, obiiciemus Extra dubium eſt, inquiunt, liberandã cenſebit, & clariſsimè cõſtabit eum eſſe legis inimicũ evadere nõ poteſt *Tanquã bicipiti muſcipula* (loquitur D. Aug.) *tẽtantes capere ſapientiã Dei vt ſi iuberet occidi perderet manſuetudinis famã ſi autẽ iuberet dimitti, incurreret blaſphemiã, tamquã reprehẽſor legis calũniandus.* O cæ quateſque ſtultos, an ignoratis illum Samſõne eſſe fortiorem, quem dum Philiſthijm ſuô iudiciò intra ciuitatis portas concluſum arbitrantur, omneſq; portas, & poſtica obſerãrunt, quibus euadere poſſe iudicabãt Samſõnem, portas tamen apprehendet & cardinibus euellet, ipſas reſerabit, quibus onuſtus tranquillo pede foras emigrabit, quos interim pudore metuq; cõſternabit: & quantumlibet vincula præparetis, quæ hinc, illincq; conſtringant, dum eum ligatũ & laqueis irretitũ eſſe cogitabitis, vires exeret, quibus omnia dirumpantur vincula, vos autem naſo ſuſpendet adunco. Orto igitur ſole, confeſtim Chriſtus templum accedit prædicaturus, & de liberatione acturus animarum: accurrunt & illi eius animam illaqueaturi, trahentes adulteram ſtrepitu magno; magno tumultu: præcedunt apparitores, qui viam depulſã turbã aperiant, quæ innumerabilis accurrerat Saluatorem auditura. Fiat locus huic ſacræ Rotæ, his Principibus, his Sacerdotibus. Accedunt ad Chriſtum, & mulierẽ ſtatunnt in medio dicentes: *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio* &c

D. AVG. In illud Pſ. 50. quoniam iniquitatem meã. Tr. 8.

II. Chriſtus vt Samſõ Iudæorũ eludit inſidias.

Hic quædam in noſtrum profectum expendamus. Sit autem illud primum, quod dicunt mulierem offerentes coram totius populi ſpectaculo: *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt* &c O mulierem infelicem! Iurauerim ego, motiuum cæteris efficacius, quò ſe committendo expoſuit adulterio, hoc fuiſſe quod ſuum crederet perpetuò peccatum eſſe neſciendum: porrò dum ſe credit ſecuriorem ad forum trahitur, & accuſatur, *modo deprehenſa eſt* Extra controuerſiam eſt nihil ita mulierem adducere vt in crimen voluntaria labatur quam ſibi perſuadere quòd à nemine videatur. Hoc argumẽto ſeniores illi libidinoſi pudicã prouocabant Suſannam *Nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus.* Caue tibi, nec ſecurus eſto: quia quò magis credis tuũ abſcõditũ eſſe crimen, eo vicinior es vt tibi obiiciatur *Hæc mulier modo deprehenſa eſt.* Audiamus Spiritus S. præmonitionẽ. *Omnis homo, qui trãſgreditur lectũ ſuũ cõtẽnens in animã ſuã, & dicẽs: Quis me videt? Tenebræ circũdãt me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quẽ vereor* &c. *Et nõ cognouit quoniã oculi Domini multo plus lucidiores ſunt ſuper ſolem, circũſpicientes omnes vias hominũ, & profundã abyſſi* &c. *Hic in plateis ciuitatis vindicabitur & quaſi pullus equ inus fugabitur, & vbi nõ ſperauit, apprehẽdetur.* Qui ſe polluere proponit adulterio, primo deſpicit animã ſuã. *Cõtẽnẽs in animã ſuã.* Iam illã diabolo deuouit, & propter vel vnã carnis libidinẽ illã æternis dãnat cruciatibus. Heu, quàm præpoſtera cõmutatio! Heu quàm imprudens conſiliũ perdere animã tuã! Et quid, precor poteſt huic æquiparari? *Quid prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?* Quod illi cauſa eſt labẽdi, & iter applanat hoc eſt, quod ſe videri credat à nemine. Ea de cauſa noctis tenebras aucupatur, credens quòd ab omnibus orbis oculis ſit illis abſcondendus: modò hac, modò proſpicit illac & quia neminem videt, ſe ſecurum arbitratur, & à nemine conſpectum? vnde ſic ſibi blanditur: *quis me videt? Tenebræ circumdant me* &c. O te malè ſapientem (exclamat D. Auguſt. in Regula) quod quia neminem vides, credis videri te à nemine: millies enim contingit, vt alter ad hac, vel illa te parte conſpiciat, & cum tibi perſuades videri te à nemine, quia vides neminem, adeſt alter, qui te videat de quo minus cogitabas. *Videtur omnino, & à quibus ſe videri non arbitratur.*

*Nemo nos videt* motiuum eſt peccandi. *Dan.* 13. 20. *Eccli.* 23. 29.

Matt. 16. 26.

D. AVG.

Loquitur cum Iob Dominus de natura ſtruthionis, quam dicit inter animalia eſſe ſtultiſsimi, cui nec veſtigium alicuius ſit diſcurſus,

quem talem qualem aliis multis auctor indidit naturæ. *Priuauit eam Deus intelligentia.* Et patet; cum enim in Arabia, vbi Iob morabatur, in tantam excreſceret corporis quantitatem, vt auctoribus Diodoro, & Xenophonte corpus habeat æquale camelo, caput tamen inſtar anatis exiguum: & communis nunc eſt opinio, quòd caput exiguum, nullam aut modicam præferat intelligentiam, vnde quò virum ſignificemus hebetem ingenio, illum dicimus exiguum caput. Si percunctéris, in quò ſit hæc ſtruthionis ingenita ſtupiditas? Expreſsit hanc eleganter Plinius. *a.* qui illam vocat avem ſtolidam. *Quæ ſi forte caput inter frutices inſeruerit: dum neminem ipſa conſpicit, ſe latere & à nemine videri exiſtimat, cum tamen reliquum corpus in aperto ſit.* Idem facit quod ſuperius de perdice diximus, quæ ſimiliter à Ieremia vocatur *inſipiens.* Quæ ſi caput abſconderit, nemineṁque viderit, à nemine ſimiliter ſe videri, tutamque arbitratur; & ita Struthio patet omnibus, vt illam hic & ille conſpiciat, & ita perdix eſt in aperto, vt illam canis circumeat odorus, & anceps hac illacque patulam contempletur. Hæc omnia Ariſtoteles. *a.* & refert Ælianus, *b.* eſtque tam communis iſta ſententia, vt cum illa Tertullianus concludat librum illum doctiſsimum, cui titulus *de velandis virginibus*, religioſas exhortatus virgines, non illis ſufficiat obiecto velo caput obnubilaſſe, ſi in cæteris corporis actionibus nimis ſint ſocordes: alias acriter reprehendens quòd quia capite velatæ ſunt, licita ſibi quęque eſſe temerariè perſuadeant. Illas comparat Struthioni, quæ magis beſtia eſt quam auis diciturque Altigradia: quia altiora petit, eo quod pedes habeat latiores pedibus Ciconiæ vel gruis. *Beſtia quædam* (inquit Tertull.) *magis quam avis, licet pennata breui capite, protracta ceruice. cætera Altigradia. Hanc aiunt, cum deliteſcendum habet, caput ſolum planè totum in condenſum obtrudere, reliquam ſe in aperto relinquere, ita dum in capite ſecura eſt, nuda qua maior eſt, capitur tota cum capite* &c. Talis eſt ſcortatoris amentia: diligenter intuetur, an quempiam ſe videntem videat & cum neminem detegit, credit à nemine ſe videri, & ſæpè contingit, quòd illum hac vel illac alter intueatur.

Subintrat Saül ſpeluncam ad naturæ ſeceſſum, & curioſè circumſpicit, & nemine comperto ſe credit à nemine conſpici. Cum autem ſuo ſe iudicio crederet ſecurum, latebat intus Dauid cum quadringentis militibus abſconditus, telis aranearum contectus ex ſententia D. Chryſoſt. & opinione Hebræorum ſic declarante Genebrardo. Ipſe verò ſibi congratulatur, credens ſe à nemine videri, quem tamen omnes videbant, ſeque mutuò cubito pulſabant. An illum non vides? Nónne Rex ille Saul? Præſertim verò Dauidem vrgebant, vt nullo facto ſtrepitu ſubitus exiliret perſecutorem, occiſurus; & reuera tempus habuit, quò ad illum ſilenter accederet, & oram chlamydis abſcinderet, ignorante Saule; & poſt puſillum dum Saul à nemine ſe viſum arbitratur: Ecce prodit ſtipatus militibus Dauid, præciſamque oſtendit oram chlamydis. En ô Rex, qui te ſolum eſſe, tibi perſuadebas, quàm bellè meis traditus manibus incidiſti.

Colloquitur Dauid clanculum cum Achimelech Sacerdote ſeorſum, & credunt ambo ſe à nemine vel audiri vel videri, verumtamen latebat illic Doëg Idumæus potentiſſimus paſtorum Saul, hic audit omnia, nec eum vel vnum præterit verbum, qui confeſtim hæc omnia in aulâ Regis publicauit, vnde damnabilis cœdeſque hominum traxerunt originem. Sibi mutuò loquebantur fratres Ioſeph opinati quòd nullus adſtantium eorum caperet idioma: Ioſeph autem quæcumque dixerant, intelligebat. Morabatur in terra Geraris magnus ille Iſaac, quò illum famis compulerat neceſſitas, comite Rebecca coniuge, cumque die quâdam coniugi colludit, quaquauerſum circumſpicit num quempiam videat, & cum neminem ipſe conſpiceret, à nemine ſe conſpectum arbitratur, illum tamen Rex Abimelech per feneſtam iocantem intuetur. *Proſpiciens Abimelech Rex Paleſtinorum per feneſtram, vidit eum iocantem cum Rebecca uxore ſua.* Quam ſe ſecuros arbitrabantur, ſeniores illi ſexaginta, qui colubris, lacertis, & bufonibus idololatræ thus adolebant, ſuis dediti voluptatibus: quia ſpiſſâ ſenebulâ contectos tenebriſque videbant inuolutos; ipſos tamen per rimam parietis transfoſſi conſpiciebat Ezechiel, illis tamen hoc ignorantibus: dicebant etenim; *Nemo nos videt.* Viri inſipientes, qui vos ſecuros applauditis, quia neminem aduertitis, Cauete: vos enim is de quo minima ſuſpicio, videt attentius.

No-

*Iob.30.13*

IV. Struthionis natura peccatori appropriatur. PLIN.

*a Li 10. Nat. hiſt. c.1.* b *Iere.17 1C.*

*a Lib. 9. de Hiſt. Anim. c. 21.*

*b Lib. 24. Cap. vlt.*

TERTVL.

V. Saul ſe putans nō videri

à Dauide deceptus

*1. Reg. 24.*

*Sic à Dauid, & fratres Ioſephi.*

*1. Reg. 21.*

*Gen. 42.*

*Gen. 26.*

Notat Spiritus S. factum Moyſi, hic Ægyptium dum videt, quòd amicum ſuum percuteret atrocius: *Et cum circumſpexiſſet huc atque illuc, & nullum adeſſe vidiſſet, percuſſum Ægyptium, abſcondit ſabulo.* Suo ſe iudicio ſecurum æſtimabat. Poſtridie prodit in publicum, duoſque conſpicit inter ſe rixantes Hebræos: dixit autem ei qui quæſtionem mouebat: cur tam crudeliter miſerum hunc excipis hominem? Cui ille: *Num me tu vis occidere, ſicut heri occidiſti Ægyptium?* Expauefcit Moyſes, atque propitius ſit mihi Deus: *Quomodo palam factum eſt verbum iſtud?* Aduertit autem, quod ad necem quæreretur. Huicne fideris: quia cum te credis ſecuriorem, eſt qui de longè greſſus tuos conſiderat, & à tergo velox inſequitur.

Exod. 2. 12.

VII. Hoc ratione naturali ex Iob deducitur.

Hoc naturali denotat Iob ratione, eàque clariſſima, quòd nimirum vir & mulier ſpiritus non ſunt, ſed corpora habent, & ea quidem non glorificata, nec dotibus agilitatis & ſubtilitatis exornata, ſed grauia, motuque tardo progredientia: Non per aëra volantia, ſed per terram, quam pedibus calcant: vnde neceſſario quà tranſeunt, manent impreſſa veſtigia. Hæc eſt illa ratio, quam his ſententioſis declarat verbis hanc diſputans materiam. *Oculus adulteri obſeruat caliginem dicens non me videbit oculus, & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domus, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucē.* Vatablus aliter legunt: *Perfodiūt domus noctu quas interdiu ſibi notârunt, minimeque lucem probant.* Scortator, vt ſua exequatur inhoneſta deſideria, interdiu præcogitat, diſponit, & machinatur quod noctu agendū ſibi proponit: in ſui adiutoriū tenebras exſpectat nocturnas, totumque hoc eſt ſuæ temeritatis fūdamentum: *Non me videbit oculus.* Quocirca huic nigerrimo noctis velo & aliud pallij ſuperducit quo ſe alium fingit, vultum obtegit & pileum in oculos conſtringit. Medio verò noctis ſilentio ſub tenebrarū pallio feneſtræ parietes, & ianuæ aperiuntur, *Sicut in die condixerant ſibi*, quot munuſcula, quoties circumſpiciunt; hac venire poteris, illac licebit intrare, per talem ego partem ingrediar, per talem tu feneſtram. Et his omnibus nulla vis relinqui veſtigia? Hoc noueris, inquit Iob, manifeſta imprimenda fore veſtigia, quibus detegaris.

Iob. 4. 15.

*Leuis eſt ſuper faciem aquæ, maledicta ſit pars eius in terra,* Scribunt Septuaginta, *Appareant plantæ eius ſuper terram aridā.* Diuinam ô ſententiam. Incedunt ille & illa, quaſi qui ſuper aquas graditur, qui pedem figere aut aquis non præſumit imprimere, ne ſubmergatur: extremis pedum digitis incedunt. velut qui nec in terrā pedes figit, illiſque, nec ipſam tangit. Noſter Cardinalis Caietanus transfert: *Quaſi ſuper aquas ambulat, quia vix audet contingere ſuperficiem.* Porro cogitaſne, quod per terram ambulando plantæ non appareant à veſtigia neceſſario debent remanere, feneſtras, portaſque aperiendo, ingrediendo, egrediendo, huic alternè occurrendo, ſiue cum arca, ſiue cum ſede, ſiue cum ſupellectili. Hic ſigni percepit ſilicem, hic lapides percepit ictum, hic recordatur tumultus apertionis feneſtræ, hic ſtridorem ſenſit portæ, hic ad pulſum excitatur, quo in hunc vel alterū offendis, hic audiuit ſibilū admonētis, vel annuentis, omnia hęc veſtigia ſunt: per illa nūq; ſicut odorus canis perdicē inſequitur, crimē aperitur. Mirabili pollet canis olfactu: etenim perdix tam leuiter per arua camporū & mōtis decliuia tranſcurrit, vt vix terram tangere videatur, ſuper herbas graditur, vt nec oculi vel parum aduertant veſtigium, ſagax autem canis olfactu ex veſtigio illam perſequitur q. d. hac perdix trāſcurrit. Idem dicendum de cane leporario & lepore: tranſilit lepus euro velocior vt vix terram contingat, ſimiliter ceruus, ſimiliter & aper, de quibus hoc liceat dicere quod olim Daniel de hirco caprarum velociſſimo: *Non tāgebat terram.* Nihilominus plaudus canis de paſſu ad paſſum olfaciens totam indagat ex veſtigio viam, quā lepus, ceruuſque percurrerunt. Quid, quæſo, illo in loco remanere potuit quem vix attigerunt? Indubie relictū eſt aliquid: quia cū ſit corpus graue fieri non poteſt, quin aliquā imprimat qualitatem terræ quam pedibus calcauit. Hoc eſt, quod tibi contingit: quantumlibet enim elato leuique incedas pede, nullo excitato ſtrepitu: adſunt tamen canes adeò ſagaces, vt te ex veſtigiis detegant, & qui per hoc quòd viderint talem tibi loquentem, & qui per ſcedulam, & qui per occurſum, & qui per feneſtræ ſtridorem, & qui ex ancillæ relatu, per veſtigia & pedes quidquid egeris, in lucem proferent apertiſſimam.

VIII. Similitudine canis explicatur.

Dan. 8. 5.

Perſuadebant ſibi ſacrilegi Babyloniæ Sacerdotes ſecretum adeò incognitum omnibus, quod patrabant vt illud in cognitionem poſſe venire cenſerent impoſſibile. Regi, populoque prędicabant idolum ſuum Bel Deum eſſe viuū, quia comedit: quod hoc argumento confirmabant

IX. Et ſacerdotū Bel exemplo confirmatur.

bant ſed vſperam enim oues, capros, arietes, panes, vini metretas opponebant, portas claudebant, imò annulo regali obſerabant, & facto mane nihil eorum reliquum inueniebatur. En, inquiunt, Bel omnia deuorauit, cum nullus huc intrauerit. Hoc autem eorum erat facinus; ſub altari ingreſſum ſibi foderant abſconditum, quô templi portis obſeratis, imò Regis annulo conſignatis, illi cum filiis & mulieribus ingreſsi, martiali ſe cœna recreabant. Daniel hanc tantam detecturus fraudem; per templi pauimentum cinerem diſperſit, atque Regi: mihi crede: ò Rex non eſt Bel qui hæc omnia conſumit, alterum tibi, qui hoc fecit, tradam impoſtorem. Apponantur hac nocte fercula, portæ concludantur, Regis ſigillo obſignentur, & exitum rei præſtolare. Vt dictum ita factum, egrediuntur pro more ſuo Sacerdotes filiorum filiarum vxorumque ſtipante colluuie: noctu verò per abſconditum intrando oſtiolum, comedunt, bibunt, noctemque, ducunt hilarem. Ad ſolis ortum, cum populi turba Rex accurrit, aperit portas, appoſita cuncta videt abſumpta. Pertinax credit à Bel cuncta deuorata, viuentem eſſe Deum, nullamque in eo fraudem poſſe reprehendi. Siſte gradum, exclamat Daniel, ò Rex & impreſſa ſtudioſius attende veſtigia. Illac tráſierant viri & mulieres, paruuli, & paruulæ impreſſa reliquerant cineri veſtigia. *Video veſtigia virorum & mulierum.* Hęc intuetur Rex, & vlterius proſequitur, quæ ipſum ad oſtiolum deducunt, quod ſubtus altare ſibi confecerant. En tibi ò Rex quale & quorum ſit facinus. Quàm illi ſe ſecuros arbitrabantur dum portas clauſas vident & obſignatas? Porrò ſtultiſsimi mortalium, terram perambulando in quá ſculpta manent veſtigia huius & illius, inſipientes non aduertitis, quòd ex his prudenter vos Daniel aſſequetur pedes virorum, mulierum, & paruulorũ, quę neceſſario debent intercurrere, diligenter, diſtinctèque perſcrutabitur?

Dan. 14. 19.

X. Quomodo crimẽ in palam veniat.

Adulterium maximè inter perſonas in dignitate conſtitutas, & vrbis principales committi non poteſt à ſolo cum ſolo, ſed neceſſe eſt plures interueniant: fieri non poteſt aliter, quin fidas negotium aut famulo, aut ancillæ, aut amico, aut tertio, quin intercurrant compactus, epiſtolæ, pediſſequi, nuntia inter nuntia, munuſcula, quocirca multa huic intermiſcentur. Cogitaſne ergo omnia ſic volare per aëra, vt nulla remaneant ſculpta veſtigia? Noueris multos eſſe Danieles, qui illa metiantur & quod ſit, qui nuncium vidit, quem miſiſti, qui epiſtolam quam recepiſti, & qui ancillam blanditiis, expiſcatur, & qui famuli notet diſcurſus, & qui feneſtræ ſtridorem attendat, & qui portę: & licet alius non eſſet quam tu & ille, alteruter ſui erit immemor ſiue ex voluptate, ſiue ex fiduciá (ſæpè namque ſe continere non poteſt niſi alteri ſecretum reuelet) ſiue ex neceſsitate, communicabit amico, & ille alteri: nullus etenim inuenitur qui non habeat, cui ſua fidenter non communicet negotia.

In illo caſu quem ſupra diximus, quô Moyſes ſibi conſanguineum tutatus eſt, occiditq; Ægyptium, cum circumſpiciens neminem aduertiſſet, poſtero die notat illud in ore poſitum alterius. Obſtupeſcit: *Quomodo palam factum eſt verbũ iſtud?* De hocne admiraris? ille ipſe qui beneficium, gratiamque recepit, confeſtim lætus ſeſe hoc iactabit, dicetque: proh, quantum debeo *Moyſi*, quale in me contulit beneficium, obligationem quâ illi conſtringor, explicare nequeo. Hoc tu, domina intellige, licet non ex alia fiat ratione, quàm ex gaudio alterius, aut ſub titulo propalandi receptum: ſuum enim plenum non arbitratur eſſe gaudium, illud niſi familiari ſuo communicarit: vnde paruo poſt elapſo tempore, oculis patet Regis, populi, totiuſq; mundi quocirca proſiliunt clamoroſi *Hæc mulier modò deprehenſa eſt.*

Exod. 14.

## §. 7. Deprehenſa eſt in Adulterio. *Perpendat Adulter, quod ſi illum homines non videant, illum tamen Deus videat, & Moyſen imitetur.*

PORrò Spiritus S. ex ore Salomônis loco citato non hæret tantummodò in eo quod bona ratio, quam diximus, docet, vt illam expendit Iob; ſed in diuina diſpoſitione, quá ſic Deus omnia diſponit, vt tuum adulterium, & carnis voluptas omnibus innoteſcat: hoc namq; indicat: *Et non cognouit, quia oculi Domini lucidiores ſunt ſuper ſolem, circumſpicientes omnes vias hominum.* Communis eſt illa declaratio, quam D. Auguſt. in ſuá regulá annotauit, ſcilicet quòd tuam velit Spiritus S. efficacem accuſare impudentiam. Credamne poſsibile, vt oculos vicini, mariti tui, fratris tui, famuli tui eiuſq; qui per plateas graditur curioſa circumſpiciat, & 15

Eccl. 23.

oculi ſufficiant, ô domina, cuiuſcumque diſcalceati, quibus detinearis, & à committendo hoc peccato prohibearis, & te non refrœnent oculi Dñi ſole clariores. Sufficit ad latus comitem habere caneſcentem, faciem videre ſocrus amaricatam, vt pedem retrahas, & videre non ſufficiat tibi Deū adeſſe præſentē, qui vias tuas circumſpicit & ſuos ſuper te firmat oculos? Hoc eſt *circūſpiciētes omnes vias hominū*, quia *circūſpicere eſt* rem aliquam ab vna & altera parte circumque intueri.

D. AVG. Audiamus D. Auguſtinum in Regula. *Quod etſi à nemine hominū videatur, quid faciet de illo deſuper inſpectore, quē latere nihil poteſt? An ideò putandus eſt non videre, quia tantò videt patientius, quantò ſapientius?* Quæ foret effrœnis impudentia & irrationabilis illa reginæ ſtultitia,

II. Similitudo. que cōcipiēs animo regi ſuo periura, fidē frāgere illi ſolū intēderet, vt ſe nō viderent, qui in atrio palatij reſidēt: ſciēs autē quod Rex, ſuiq; fratres ac curię principes de feneſtris illā proſpicerent, illos minimè proterua curaret? Tu nupta viro, noueris Deum coniugem tuū eſſe principalē & quòd ille cui fidem dediſti, Dei ſuppleat locum, & verba in quę matrimoniū iuraſti, ad Deū principalius quàm ad maritū dicta dirigātur. Ergone fieri poteſt, tam audacem ineſſe, tibi temeritate, vt cum tua ſententia te credas ſecuram à nemine mortalium, qui in huius mundi morātur atrio, circumſpici, præceps in tantā corruas impudentiam, non ignorans, quòd tuus te ſponſus Deus, totaq; cœleſtiū circumſpiciat aula nobiliū. *Dominus de cœlo in terrā aſpexit.* Nū forſā

Pſal. 101. 20. Deum cœcū arbitrari? Num tibi fingis oculorū eius conſpectum ad tua non pertingere negotia?

Ierem 32. 19. *Oculi eius aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddat vnicuiq; ſecundū vias ſuas, & ſecundū fructum adinuētionū eius.* Oculos habet *lucidiores ſuper ſolē* quibus tua cernit pragmata, tuas factiones, ſigna, & contraria ſigna, quæ ſtatuiſti, ſecreta quæ propoſuiſti. Pudor eſt nō minimus, quod Deū noſtrę pudeat impudētiæ. Si tu

III. Similitudo. vir nobilis & dignitate pręcellēs famulū videres tuūq; ſubditū adeò ſibi cauētē, vt proponēs domū alicuius erectis ſcalis aſcendere, aut aliquid facere nō rectè factū ſe ab incepto facinore retraheret, eo quod alterū ſibi ſimilē hoc cernentē aduerteret: te verò trāſeūtē, qui Dominus es, qui & illū potes punire & te vidētē ōnia, nō reuereretur, ſed liberrimè prędictū facinus exequeretur, à quò alterius intuitu cōtinuerat, quid diceres? Nū forſan mea præſentia minoris eſt reſpectus quàm ſcurræ illius? Num minus tibi à me cauendū erat, qui Dñs tuus ſū, & te habeo penitēdū quā ab illo flagrione mortaliū abiectiſsimo?

Hom. 61. in Gen. ad finem. Hæc eſt illa cōſideratio, quā D. Chryſoſt. tam efficacē, forteq; indicabat, vt aſſerere nō dubitaret eū, qui illa ſe muniret prout decet, in peccata nū quā lapſurū eſſe grauiora. Hoc ita verū eſt, vt

Eccl. 14. 22. qui talia mēte reuoluerit, eū Salomō tāquā beatū in terrā canonizet. *Beatus vir qui in ſapiētia morabitur & qui in iuſtitiā ſuâ meditabitur, & in ſēſu cogitabit circūſpectionē Dei.* Notate verba, notate remedia, quibus à peccatis vos immunes ſeruetis grauioribus. Primò dicit *Beatus vir qui in ſapiētiâ morabitur*, vel in quô habitat ſapiētia ſuūq; collocat thronū, velut regina, quā gubernetur, & in omnibus proſperè dirigatur. Eſt autē ſapiētia, docente Thelogorum Raphaële, D.

IV. Quid ſit ſapientia. Thoma *a*. & illam definiente Philoſophorū primipilo Ariſtotele *b*, quæ res diſponit & ordinat, illas ex cauſis iudicās ſuperioribus. Hóc cōceſſô ille cēſēdus eſt abſolutè ſapiens, qui ſua diſponit & ordinat, illa iudicans ex cauſâ ſuprema, ſcilicet Deo: perpendens & attendens quis ſit Deus, quid illi ratione ſui debeatur, quid ratione beneficiorum tibi collatorum, quòd te creauerit, quòd tibi eſſe dederit, quô frueris, & peccato perditum reparârit, atque in meliorem ſtatum ſui ſanguinis, animæ, corporis, vitæ, perſonæque pretio reduxerit. Quid te creando prætendit? Quā de causâ in mundo ſtatuit? Quæ tibi fulcimenta miniſtrauit? Quòd præmium tam immenſum tibi ſi fideliter illi ſeruieris, promiſit? Et quos cruciatus tam horrendos, ſi illum offenderis? Quô fine condidit hoc vniuerſum? In quæ ſunt hæc omnia terminanda? Qui ex illis cauſis res iudicat, & ſecundum illas ordinat ſuas, hic ſapiens eſſe iudicabitur. Inſuper eâ de causâ conſequenter (inquit D. Thomas *a*)

V. Cur peccatores dicantur ſtulti. peccatores vocantur inſipientes. Hoc illis nomen imponit Dauid *b*. *Intelligite inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite.* Eiuſque filius Salomon *c* *Vſquequo ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient?* Aduerte cum Diuo Gregorio *d*, opponi inſipientiam & ſtultitiam ſapientiæ, quia ex hoc ſtulti ſunt & inſipientes pecatores quòd res non diſponant, nec æſtiment, illas ex cauſis ſuperioribus iudicantes, ſed tantum ex iis, quæ ſuperficialiter corporis oculis offeruntur, quibus delicię, voluptates, gula, honor, opeſq; pręſētātur. Vnde ea deſiderāt quę sūt animę ſuæ pernicioſa *Stulti, ea quæ sūt ſibi noxia, cupiūt.* O felix & millies beatꝰ: ille ſapiēs, in cuiꝰ corde vera reſidet ſapien-

a 2. 2. q. 46. art. 1. b Lib. 1. metaph. c. 2.

a 2. 2. q. 46. art. 1. b Pſal. 93. 8. c Prou. 1. 22. d Li. 2. mor. c. 36.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pientia, & per illud quod ipſa iudicat, ſua diſponit, ſuas actiones, ordinemque vitæ dirigit prudentiſſimè. *Beatus vir, qui in ſapientia morabitur.*

Addit ſecundum, eſſe ſimiliter beatum, *qui in iuſtitia ſua meditabitur.* Varias habet hæc vox, *iuſtitia*, in S. pagina ſignificationes. Porrò ſingulariter hoc in locò opinor inferre obligationem, quâ quiſque conſtringitur: Eſt enim iuſtitia quæ cuique quod ſuum eſt, tribuit. Beatus ille vir, qui perpetuò meditatur quid Deo, quid proximo, quid ipſe ſibi debeat. Vtinam hoc non attenderes quid alter cum proximo faciat, an illi reſpondeat nec ne, num Iudex iuſtè iudicet, num ſuo ſatisfaciat gubernator officio. Et his te meditationibus occupares, quid ſit quòd homo debeat Deo, qui creauit illum, & in ſancta ſua conſtituit Eccleſia, quam ſanguine ſuo, vitaque redemit, quam & perpetuam in gloria ſua illi repromiſit. Attentus vtinam conſiderares, quid ex iuſtitia tenearis illi, qui tibi Pater eſt, Magiſter, Dominus, Redemptor & omnis boni auctor, quò potiris, quod ſperas & poſſes obtinere. Vtinam ſedulò meditaris, quô vinculo, vir nobiliſſime, tenearis, vt nobilis viuendi, tuam tuis in actionibus animi præferens generoſitatem, & perpendens arborem ex fructibus iudicari, illum autem non poſſe cenſeri nobilem, qui fructus profert viles & ignobiles. Tu quoque coniugate, meditare, quam ſtrictè ſeruare tibi incumbat, iuratam Deo, vxorique fidem. Nec te prætercam, ô puella, perpende, quàm te deceat viuere ſolitariam, deuotam, & ab omni remotam otio, tam manuum, quæ laboribus ſunt impendendæ, quàm animæ, quàm ſanctis, puriſque exerceas meditationibus apprimè ſtatui tuo conuenientibus. O ſancti Vatis Ezechielis animalia, quæ plena oculis: illos tamen in viam dirigebant, quam erant ambulatura, ſicut prædiximus.

VI. Quid ſit meditari iuſtitiam

Porrò propoſito noſtro magis conuenit tertium, quô velut claui obſignat ædificium. *Et, in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.* Arabicam ſonare videntur hæc verba, ſed cœleſtis continent ſummam Philoſophiæ Docet nos princeps naturalis Ariſtoteles, quòd eo quod anima noſtra in hàc vitâ, hoc mortali corpore veſtiatur, res non poteſt intelligere ſpirituales, ſicut in ſe ſunt, niſi det illis eſſe corporale, & illa in noſtra imaginatione ipſas veſtiat. Eo modo ſpiritus intelligis Angelicos, in tua formans fantaſia iuuenis figuram pulcherrimi & inſtar ſolis ſplendidiſſimi; dæmones autem, illos tibi repræſentans ſub forma Æthiopis nigerrimi, oculis, aſpectuque formidabilis: imò eodem quoque modo ipſum Deum, diuinaſque conſiderans perſonas, non quòd in iſto diuino ſuo eſſe corpus habeant, ſed quia noſter non poteſt intellectus corpore obuolutus illud omninò tranſcendere. Indicat igitur Spiritus S. beatum virum illum qui ſenſu, & fantaſiâ ſuâ Dei formabit imaginem, quaſi ſedentis in throno regali millibus cœleſtis nobilitatis ſtipati principibus, qui firmatos in ipſum habeat oculos eius, cunctas inſpiciat actiones, ab vna & alterâ parte videat, nihil prætereat inconſideratũ: hoc enim eſt circumſpicere vt diximus. O beata ſors illius qui continuò Deum ſic ſtatuerit ſibi præſentem, illum prædica beatum *Beatus vir, qui in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.*

VII. Modus intelligẽdi res ſpirituales.

Spectat, vt opinor, ſanctiſsimi Moyſi exercitium, quod poſtmodum nobis expoſuit Apoſtolus ex mente D. Chryſoſt. *a*. & doctor Angelicus *b*. ad illa verba, *c*: *Inuiſibilem tamquam viſibilem ſuſtinuit.* Hoc nouerat Moyſes, Deum ſpiritum eſſe puriſsimum rude & inuiſibilem, verùm illum ſibi in imaginatione vt viſibilem & corporalem repræſentabat, illum formans in fantaſia ſua velut Regem ter maximum, in cuius ambulabat conſpectu, & hoc illum veriùs componebat quàm componere vel refrœnare poſſet ſi in eo quod agebat coram ſe Regem habuiſſet potentiſsimum, totâ ſua maieſtate & aulâ terribilem, illum circumquaque conſpicientem: licet enim imaginarium eſſet Deum in corporis forma ſibi repræſentare, nõ tamen imaginarium erat ipſum nobis verè & realiter eſſe præſentem, omniũ, quæ agimus, loquimur, & imaginamur ſpectatorem attentiſſimum; Hoc ex Ieremia colligimus. *Oculi eius ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, vt reddat vnicuique iuxta vias ſuas.* Hier. 3[2]. 19.

VIII. Quo[modo] De[us] nobis præſen[s] ...

a ... ad Heb. b ... dium. c In c. 11. ad Heb. Lect. 6. Heb. 11.

Hoc erat Prophetarum exercitium, hinc phraſis illa loquendi Eliæ. *Viuit Dominus, in cuius conſpectu ſto.* Hoc eſt ipſo Dauid teſtante, quô detinebatur, ne per ſingulas horas corrueret: quia thronum in imaginatione ſibi formauerat, & Deum in illo ſedentem, à quô ſemper & vbique videbatur. Hunc ego ſenſum credo legitimum iſtorum verborum. *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear.* Sunt creata omnia plena

3. Reg. 1[7]. [1]

IX. Dei præſentia ob oculos habenda. Pſal. 15.

lis ſuis fraudibus diabolus, illinc ſuis mundus allicięns vocibus, iſtinc ſuis pellex caro blanditiis mihi ſtruunt inſidias quibus à bona me dimoueant intentione, & in Dei obſequio reddant me ſegniorem: hoc mihi ſupereſt remedium, mihi Deum credo præſentem totam cœleſtem curiam, ipſumque me conſpicientem. Hoc ſalutare remedium ſenior Tobias morti
Tob.4.6. vicinus filio ex corde conſulebat. *Omnibus die-*
Prou.3.6. *bus vitæ tuæ in mente habeto Deum, & ne ali-*
De quibus *quando peccato conſentias.* Idem quoque Sa-
tract. 2. lomon proponit omnibus. *In omnibus viis tuis*
nu.377. *cogita illum.*
☞ 16. Quàm efficaciter te refrœnaret, ne puellæ venuſtate ſeductus labereris, nec Satanæ tentationibus aſſentires, nec carnis tuæ motibus illectus peccares ſi hæc mente reuolueres! O quam fortiter hæc tuas cohiberet conſideratiô temeritates, & contineret libertates. Numquid fieri poſſet, vt quantumlibet latro manum optaret iniicere crumenæ mercatoris, illud faceret, ſi videret, quòd Rex vel Iudex, à quò plectendus eſſet, fixa illum oculorum acie intueretur? An credam, ô Domina, tuis te conſenſuram voluptatibus ſi coniugem tuum adeſſe videres inſpectorem? Quis hoc ſibi perſuadet, quòd ædes alterius eſſes intraturus, quando omnia tenebris credis obuoluta, & neminem ſpectatorem, aduerteres tamen coram te eius maritum, agnatos, amicos, centum accenſis facibus te luce clara contuentes?

X. Similitudo.

XI. Hac conſideratione conuertit Paphnutius Thaidem meretricem.

Hæc eſt illa notiſſima conſideratio, quâ S. Abbas Paphnutius ad meliorem conuertit frugem probroſam illam lupam Thaidem, quæ ſui vultus elegantiá, & mundo muliebri fucata, totum in ruinam traxerat mundum. Finxit hic ſecum illa operam velle dare voluptati, ſed ab opere detineri, veritus ne ab aliquo videretur. Introduxit illa virum in abditiſſimum cubiculum, reſpexit ille diligenter huc atque illuc. O domina, etiam hic nos aliquis intuetur. Quis precor, ille? Deus omnipotens, viuorum & mortuorum Iudex, adeſt hic nobis præſens, hic Angeli tui, meique cuſtodes, hic totius curiæ cœleſtis oculi. Hoc tantá propoſuit vir ſanctus verborum efficaciá, vt apertis mentis oculis maiori ipſa longè pudore confunderetur, quàm ſi totius mundi viuentium in ſe reflexos videret oculos, ita vt iam quaquauerſum latibula pudore affecta conquireret iam ſe cõſiderans Dei, Angelorum, totiuſq; cœli luminibus expoſitam, illud ſæpè repetens: *Montes cadite ſuper me, & colles operite me à facie Domini.*

XII. Et Ioſeph ab adulterio præſeruatur.

D. CHRY Hom. 61. in Gen. ad fin. Tom. I.

Hoc teſte D. Chryſ. mentem, manumque cohibuit Ioſeph ne laberetur in adulterium. Vehementer admodum pelliciebat adoleſcentem pellex illa venerea. Hoc in criminis fauorem aſſumebat: nemo nos videt, nemo deteget adulterium. *Illa ſolitudinem obſeruabat (hic mos adulterorum eſt) & tempus exſpectabat, quo lateret virum, & omnes qui in domo erant.* Porrò quid caſtiſsimus conſiderabat Ioſeph? Quid ille proponebat illi? Quid ô domina mea, hoc refert ab oculis nos hominum abſcondi, ſi diuinæ Maieſtati nihil latentis oculis apertè pateamus? En Deus nos videt. *Quomodo poſſum facere hoc malum, & peccare coram Domino.* Ita Gen.39.9
legit D. Chryſoſt. q. d. *quid putas? Etiamſi* D. CHRYS
*fecerimus, vt res clam ſit omnibus oculis: tamen illum, qui dormitare nequit, latere non poterimus. quem ſolum timere oportet. Hoc mente verſemus verbum & ſtatim effugiet omnis illicita concupiſcentia: neque enim poſſibile eſt occultari aliquid ab oculo illo, qui dormitare nequit.* Hanc
ſuadebat D. Bern. meditationem, vt attenderes, Serm. 12. in pſ. Qui habitat.
amice, quod ſi puellæ domo decedenti, ne aliquid committat indecens, aſsignetur fidelis ſtipator, viæ comes, qui ſolus parentibus ſufficit, vt de filiæ honeſta ſint conuerſatione ſecuræ. Perpende, chariſsime, à Deo tibi ſtipatorem, viæ comitem aſsignatum, Angelum dico, qui numquam à latere tuo diſcedat, ſemper tibi tuiſq; præſens actionibus. Tune audeas præſente principe curiæ cœleſtis illuſtriſsimo, quod me viliſsimo vermiculo, vidente non auderes?

XIII. Angeli cuſtodis præſentia nos à peccato refrœnat.

Notanda veniunt Dei verba ad populum „ Exod.
ſuum: *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præ-* „ 23.
*cedat te, & cuſtodiat in viâ & introducat in* „
*locum quem paraui, obſerua eum, & audi vocem* „
*eius, nec contemnendum putes: quia non dimittet* „
*cum peccaueris & eſt nomen meum in illo.* Hæc „
verba quidam de Chriſto interpretantur magni „
conſilij Angelo, de quibus alias. Alij verò de „
Ioſue capiunt ratione nominis, quod idem eſt „
ac Ieſus, & ipſe fuit, qui populum Iſraël in „
terram introduxit promiſsionis. Ita opinantur „
D. Iuſtinus Martyr contra Triphonem, *a.* & „ a fol. 18.
Euſebius. *b.* at planior eſt ſenſus quòd de An- „ b lib. 4.
gelo populi Dei cuſtode loquatur Archangelo „ demõſt.
ſcilicet Michaële, qui vocatur *Princeps populi* „ Euang.
*Iſraël.* Quiſque verò de ſe ipſo poteſt hæc ver- „ c 28.
ba interpretari: cum certum ſit, quòd vnicuique „ Dan.
Deus Angelum delegarit cuſtodem, & hoc poſ- „ c.10.

ſit dici ſingulis. *Angelis ſuis Deus mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus viis tuis.* O quantam miſericordiam! O quale beneficium! exclamat D. Bern. Quid dicere vult: *Angelis ſuis? Ecce mitto Angelum meum?* Noſtin', qui ſint Angeli? Principes ſunt aulæ ſuæ cœleſtis eminētiſsimi, quorū vel minimus pulchrior eſt & nobilior ōni eo quod mūdo hoc viſibili cōtinetur: nullus eſt in curia Regis magnas, qui huic valeat æquiparari. Quātū hoc eſſet, ſi Rex potētiſsimus ouiculæ curā aulæ ſuæ primati demēdaret, illi ſtrictiſsimè præcipiēs, ne vnquā oculos eius ſubterfugeret? O quāti Rex ovē illā æſtimaret! *Angelis ſuis* (ait D. Bern.) *vtiq; ſublimibus, & beatis tam proximè ſibi cohærētibus, tā familiariter adhærentibus, & verè domeſticis Dei.* Et tu quem finem ſuum deſtinat Angelum quærit Bern. Forſitā vt tuas puniat inſolētias, ſuperbias, vanitates, ſicut Sodomæ miſit, Regis Sennacherib exercitui & Balaam ariolo? nequaquā, ſed vt te cuſtodiat, doceat, dirigat, hortetur ad bonū, retrahat à malo contra diaboli hoſtis tui tuetur inſidias, à periculis & incōmodis eripiat, de quibus tu nec ſcires nec poſſes te liberare. *Te præcedat & te cuſtodiat in viā.* Tandem idque principaliter, vt te in cœlum introducat, terram vtique & patriam tibi à Deo præparatam. *Vt introducat in locum quem præparaui.*

Pſ. 90. 11.
D. BER. Serm. 12. cit.

Hæc cum ita ſint attēde (monet te Deus) multum illi deferas, illum vt principem ſupremum tantæq; curiæ nobilem reuerearis. *Obſerua eum, & audi vocem eius.* Caue ne tam impudens ſis & inſipiens, vt illum parui facias, illum inhonores, quidquā ve in illū cōmittas, quia factus tibi inimicus, tuas caſtigabit ſeuerius inſolētias. *Nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris.* Aliqui ex Hebræo ſic legunt, *ne ad amaritudinem prouoces.* Ne cōtriſtes ne moleſtes, inquit D. Aug. quia ſicut dum bene tibi eſt, eleëmoſynas elargiris, peccata cōfiteris, lucraris ſtationum indulgentias, Angelum lætificas, contriſtaſq; dæmonē; ita dū aliquod committis peccatū, dæmonē gaudio, & Angelū tuū dolore cōficis acerbiori: non quòd Angelus vllā patiatur triſtitiam, qui cum beatus ſit nulli poteſt ſubiacere triſtitiæ: ſed ſi dolere poſſet, vtiq; doleret, ſicut principis pœdagogus, dum illum videt rebus vilioribus, abiectioribus, ſuáq; perſonā non dignis occupari. Alii ſcribunt, *Caue a conſpectu illius & obſerua.* Alij, *vide ne coram eo aliquid indignum deſignes.* Noſtra verò lectio habet, *Ne cōtēnēdum putes.* Omnes illæ verſiones ſibi conueniūt: quia nulla poteſt principi maior inferri cōtumelia, quam ſi corā eo facinus quoddam patrares impudens, quale præſente viro plebeio non auderes. Si dum vile aliquid & indecens committis, tibi quis diceret: caue, adeſt talis nobilis; illiq; reſponderes, quid ad me? quid diceret ſcurra viliſſime puderet te coram viro hoc agere de vulgo, & non pudet me ſpectante tale quid audere facinus? Attende (inquit Deus) ne Angelum contempſeris, ſed eo, quò teneris, habe, loco, & in omnibus tuis actionibus obſerua eum tamquam tibi præſentem: alioquin te plectet, querelas de te coram Deo deponens, tuam accuſans impudentiam, atque inſimulans iniuriam ſibi à te factam, nedum ex hoc, quód illum non honores, ſed inſuper & inhonores.

XIV. Ne ipſe nos corā Deo accuſet.

Hoc conſiderabat Abbas ille nullo meritis inferior, de quo in vitis Patrum lib. 7. qui interrogatus, quod ſuum eſſet frequentiſsimum exercitium, quò circumſpectus prudenſq; viueret, reſpondit, ſemper mihi cuſtodem Angelū obiicio, qui ſumma attentione meas intueatur actiones; quia magno illum vereor timore, ne coram Deo de me reddens rationem tamquam mei cuſtos de mea conqueratur impudentia & paruā inſimulet quā illum deſpicio, reuerentiam. *Ego Angelum meum aſsiſtentē mihi iuxta me ſpecto & cuſtodio memetipſum: timeo ergo eum, vt cuſtodientem vias meas & quotidie aſcendētē ad Deū & inſinuātē actus meos & verba.* Cum circa illud eleganter diſcurriſſet D. Bern. ſic concludit. *Cautè ambula & videlicet cui adſunt Angeli ſicut eis mādatum eſt, & in omnibus viis tuis, in quouis diuerſorio in quouis Angulo angelo tuo reuerētiā habe. Tune audeas illo præſēte quod me vidēte nō auderes.* His & aliud addit D. Ambroſ. ſuo dignū calamo argumentum, Hoc tibi perſuade (monet ille) quod te Deus inſpiciat, quòd præſētē tibi habeas Angelū, & ſi hoc te à malis in eius præſentia patrā lis non compeſcat, hoc te moueat, quòd diabolus ad iſta te inſtigās præſēs ſpectet, quò cōfeſtim accurrat corā ſupremo te iudice accuſaturus: hoc etenim eius eſt officium, vnde & vocatur *Accuſator fratrum noſtrorum. qui accuſat illos ante conſpectū Domini die ac nocte.* Hęc mente conſidera, inquit D. Ambroſ. *Acquieſce tibi quod Ieſus nolit videre & nolint Angeli videre, ſed videt te diabolus, videt Belial, videt legio &c. videt ipſe, qui accuſator eſt.* Quis adeò cerebrò vacuus, qui ſi viderit inimicum ſuum adſtantem, & nihil aliud optantē, quàm vt eum iudicis tradat poteſtati, furtū cōmittat aut homicidiū, aut delictū, quò ſciat ſe à

XV. Hac ... Abbas ... meditatio.

D. Ber. Serm. 12. cit.

D. Ambr. in Pſal. ...

XVII. Simile.

ni ce

iudice ad mortem condemnandum? Quàm ſollicitus quiſque eſt, ne hoc ſciat, quod perperam agit ſuus inimicus: etenim nouit quòd eum ad iudicem ſit ilicò delaturus. Hunc ſaltem timeas inimicum, quia te ſpectat confeſtim accuſaturus.

§. 8. Hæc mulier modo deprehenſa eſt.

*Quando minùs adultera ſuſpicatur, peccatum ſuum videbit productum in forum, quod ita Deus propalat, ſicut bonorum virtutes.*

17. Licet hæc dicta placeant, plura tamen indicaſſe credo Sapientem, & velle declarare, cum tam ſis impudens, vt Deo debitam nõ habeas reuerentiam, eiuſque retrò dorſum abiicias timorem, ipſe futurus ſit qui te propalabit, ac ſtatuet modum, quò tua nequitia quam credebas incognitam, exponatur, ac totius orbis
Eccli 23. 21. oculis clarius innoteſcat. Ipſum audire. *Quoniã expellit à ſe timorem Dei, huiuſmodi hominis timor, & oculi hominum timent eſ illum.* Græcus habet, *& oculi hominum timor ipſius.* O peruerſã impudentiam, vt oblatum tibi Dei timorem illum quaſi nihil eſſet, ipſe impenetrabilis repercutias, oculos tantum verearis hominum, quibus ſolummodò te quæris abſcondendum; In huius ergo ſupplicium decernet Deus, vt dum ſcelus tuum arbitraris incognitum, teq; ſecurum in forum eſſe productum admireris. *Hinc in plateis ciuitatis vindicabitur.* Hoc agit Deus vtiq; ſibi facillimum: quia, *Oculi Domini multo plus*
Eccli 23. 30. *lucidiores ſunt ſuper ſolem.*

Diſputat D. Aug. *a* eiuſque Scholiaſtes, quod ſimiliter tractat D. Cyrilus *b*. cur ſcilicet gentiles ad Deum recurrerint Apollinem, ſecreta & difficilia ſciſcitaturi: quinimò & vulgare eſt, dum hominem volumus ſignificare, qui difficilia ſecretaque manifeſtat, dicimus Apollo eſt? Huius rationem aſsignat D. Aug. quia ſub illo nomine Apollinis intelligebant ſolem, quem mundi vocabant oculum, quia omnia videt, illuminat omnia, & quantumlibet obſcurus & tenebroſus ſit locus, ſi vel vnicum tantum eò dirigat oculum, ac lucis ſuę radium, illum apertum reddit, clarum & omnium oculis patentiſsimum. Noueris igitur, inquit Sapiens, clariores & lucidiores eſſe Dei cunctiuidentis oculos qui patentius multò res detegat, crebreq; radios, adeò ſplendidos in obſcura quæque, vt nedum ſint illi manifeſta, ſed & omnium oculis exponat publica.

*a* Lib. 4. de ciuit. c. 11. *b* Lib. 6. de adoratione in Spiritu.

I. Deus adulteri peccata reuelat.

Hoc agit Dominus cum adulteris & libidinoſis: cum enim quærant illi tenebras, illiſq; ſe putent ſecuros, quò nec Dei maieſtatem, nec ſupremam eius præſentiam, nec ſeueram eius iuſtitiam audaculi reformident, ipſe illos detegit, palamq; manifeſtat, & hoc eius præſcriptum eſt, vt quò ſe credant eſſe tutiores, eo ſint mundo notiores. Et hoc (inquit D. Chryſ. Hom. 21. in c. 20. Matth.
expendens illud Lucę *Nihil tam opertum quod non reueletur, neque abſconditum quod non ſciatur*) ex iuſto procedit Dei iudicio: flagitat enim Luc. 12. 2
iuſtitia, vt detur vnicuique quod ſuum eſt: quod ſi non fiat, fit iniuria iuſtitiæ. Iam declarauit D. Paulus, quid piis, ſanctiſq; debeatur operibus, quidq; peruerſis. Dicito glorioſiſsime Apoſtole, quid virtuti, quid virtutis operatio de iure debeatur? *Honor & pax omni operanti bonum.* Quid Rom. 2. 10
autem vitio, quid debetur iniquitati? Iam illud exponit Sapiens: *Super furem pœnitentia & confuſio.* Hoc (teſte D. Paulo) ſpectat Deum ex eo Eccli. 5. 17
quod iuſtus ſit, *Reddere vnicuique ſecundum opera eius.*

II. Ita & bonorum virtutes.

Quocirca diuinæ ſtatutum eſt iuſtitiæ quantumlibet incognita ſit vitę ſanctitas, publica fiat omnibuſq; manifeſta. Licet D. Paul. primus eremi Cultor incognito ſe concludat antro, quò pluribus annis nullus mortalium acceſsit, & Maria Ægyptiaca, quò nec aues ipſæ conuolârunt, & pœnitens Magdalena, cauernâ delitescens obſcuriori, quam nullus hominum, multo tempore conſpiceret, notum eſt quidquid egerunt, & publicè eorum acta circumferuntur. Hoc quomodo? Deo ſic cuncta diſponente.

Sic de ſua ſponſus ſponſa decernit chariſsima cui primum ordinat, vt abſcondita ſit, ſecreta, & concluſa, ne oculis pateat mortalium: vnde ſic ait: *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus* Cant. 4. 12.
*concluſus.* Bis ait, hortus concluſus: hoc enim ab illa expoſtulat vt oculis abſcondatur hominum. Habet hortus hic flores, habet arbores odoris ſuauiſsimi. *Cypri cum nardo, nardus & crocus,* Cant. 4. 13.
*fiſtula, & cynamomum cum vniuerſis lignis Libani.* Vult autem hæc omnia ſint concluſa non taliter qualiter, ſed ſtrictè, hoc namq; indicat dum bis idem repetit: *Hortus concluſus, ſoror mea ſponſa, hortus concluſus:* ita vt ſi poſsibile ſit, nec quiſquam illum intueatur. Quid hoc? quod Chriſtus à ſuis requiſiuit, vt ſuarum opera virtutum ab oculis mortalium abſcondant: hac de cauſa toties iniungit:

*Claude oſtium, ne videaris ab hominibus. Sit opus tuum in abſcondito* &c. Quid hoc Domine? virtuti debetur honor, & eo ipſo, quò ſponſa tua virtutib⁹, operibuſq; heroicis ſancta cōmēdatur, iuſtum eſt, vt honoretur, nec honorari poteſt, niſi illa mortalibus innoteſcant. Non hoc te moleſtet, inquit Deus, omnia namque in lucem proferam, meoſque mittam ventos, auſtrum & aquilonem, qui flores & arbores perflent, quò illorum odor ad nares omnium perueniat gratiſſimus. *Surge Aquilo, & veni Auſter, perfla hortum*
Cant. 4. 29. *meum, & fluant aromata illius.* Deus eſt, qui ventos ſuſ[c]itat; illo namque florum odorem hominum naribus deferunt acceptiſsimum; Deus eſt, qui media diſponit vt neſcias, quomodo, & quomodo non, quàve ratione ſecretiſsima Sanctorum operum manifeſta cognoſcantur.

Ventorum impetus, eorumq; curſus quiddam eſt, quod teſte Chriſto, neſcias, quis excitet, nec
Ioan. c. 3. quò vadat, nec vnde veniat. q. d. ignoras quomodo, & quomodo non, corporis caſtigationes abditiſsimæ detegantur: quales fuerunt S. P. N. Dominici, & inclyti D. Vincentij Ferrarij: & occultiſsimæ eleēmoſynæ ipſis etiam mediis noctis tenebris erogatæ: quales nouimus fuiſſe D. Nicolai. Orationes & contemplationes in montibus maximè ſolitariis, quales ſuſpicimus Seraphici P. S. Franciſci in monte Aluernæ. Ieiunia monachorum in ſecretiſsimis Ægypti ſolitudinibus: quales agnoſcimus D. Antonij: ex iuſto etenim Dei præſcripto dicit D. Paulus, *Reddet vnicuique ſecundum opera eius.* Sicut autem operibus bonis & virtuti debetur honor, ſic & peccato dedecus, ignominia, confuſio. Hac de cauſa (inquit D. Chryſoſt.) ex iuſtitia tenetur Deus, vtpote iuſtus procurare, vt ſciantur & in publicum peccata veniant, quantumlibet illa coneris abſcondere.

Hoc ipſe, vt certam regulam maledicto præ-
☞ 19. ſcripſit Caino, dum intus agitabat, & fratris ſui
III. cædem meditabatur, illum adeò ſecretam fore
Cain peccatum in foribus aderat. præſumens, vt ipſum quoq; Deum laterepoſſe arbitraretur. Attamen præuenit illum Deus, atque: Vide Cain quid agas: *Nonne ſi bene egeris, recipies: ſin autem male, ſtatim in foribus pec-*
Gen. 4. 7. *catum aderit?* Attende Cain, & hoc tibi firmiter perſuade, quòd ſi benè egeris tuum te manet præmium, honor, conſolatio: porrò ſi peccaueris, licet in abditiſsimo mundi totius angulo, mox ad portàm peccatum euolabit, *In foribus peccatum aderit,* q. d. omnes illud agnoſcent, & continuò ita tranſeuntium patebit aſpectui ſicut illud, quod ſtatuis, teneſque ad domus tuæ portam. Conſidera chariſsime, quod tibi Dominus dicat, perpende, ò Domina, quid tibi præſcius ille ſignificet qui mentiri non poteſt, quod ſi peccatum illud patraueris, ad quod tua te pellit voluptas, carniſque ſenſualitas, *Statim in foribus peccatum aderit.* Quis illud ad oſtium proferet? quis oculis exponet contuendum? Deus (inquit D. Chryſoſt.) quando deeſt alius, qui, quod iuſtum eſt, perficiat.

IV. Peccati ſulphuri comparatio. Iob. 18. Præclara ſunt, attamen difficilia verba Baldad Suhites amici quondam Iob, & principis potentiſsimi, quibus ſiniſtros exponit nebulonum, euentus quibus ſuis in ſceleribus opprimuntur. *Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui nō eſt: aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur* q. d. Noſti in quid agat peccator? Ingreſſum det liberum, in animæ ſuæ tabernaculum ſociis eius, qui non eſt, & tabernaculū eius ſulphure aſpergetur fœdiſsimo. Metaphorica ſunt hæc & præclara hieroglyphica. In S. Scriptura per illum qui eſſe non habet, diabolus intelligitur. Ita declarat piiſsima Eſther in illa ſua oratione, quâ Deum deprecabatur, ne permitteret vt dæmones populum ſuum ſibi ſubiugarent Iudaicum. *Ne*
*tradas ſceptrum tuum his qui non ſunt.* Et dicitur quod eſſe non habeat: ſicut de viro dicimus Eſther 11.
nobili, diuite, bene ſano, qui hęc omnia ſua infelix perdidit inertia, modò inops omniū abiectus & ad infimā reiectus ſeruitutē. Talis nunc eſſe nō habet. Ille igitur qui nec eſſe habet nec dignitatem, multos habet ſibi ſocios: quales illi? Pœnæ, dolores, tremores, cordis remorſus acerbiſsimi. Intrante diabolo per peccatum in animam, cum illo pariter iſta in illam ingrediuntur, ita vt tabernaculū ſit & habitatio eius, ſuorūq; omniū ſociorum, vt diximus Dominicâ præteritâ, vnde ſequitur eam continuis tumultibus, ſuſpicionibus, anguſtiis terroribuſq; agitari. Quàm anxia viuit mulier, quæ cordis hoſpitio alit diabolum, & viro ſuo fœdifraga molitur inſidias? Quàm ſolicita: quàm timida, quàm circūſpecta? quàm excitata? quàm trepida huc illucq; diſcurrit? & quàm anxius viuis hominum miſerrime quādo locū in animo ceſsiſti diabolo, ſtudēs id obtinere, quod tibi cōmodū eſſe videbatur? quā per totā noctē inquietus? quàm plenus ſuſpicionib⁹ eius, quod tibi vel poſt vel ante poſſet euenire? Sed nec his ſatis. Tuam expletò Domina, volup-

voluptatem, da locum illi, quocum tam ſecretò conueniſti: verumtamen hoc tibi perſuade, quòd graueolens ac immundum aſperſiſti ſulphur in animæ tuæ cubiculo, tuaque perſona. *Aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur.* Quàm congrua comparatio. Nullus eſt odor ſulphure graueolentior, deinde adeò penetrans eſt, vt quantumlibet illum coneris abſcondere, ilicò fuſius extendatur. Sulphuratum, quò noctibus, accendis candelam, ſubitò totum implet peſtifero fœtore cubiculum, qui cunctorum nares inficiat.

V. Virtutes virgulæ fumi aromaticæ. Cant. 3. 6.

Agit diuinus ſponſus de ſponſa ſua chariſſima, eiuſq; virtutum miranda conſiderat opera quâ ratione, totam ſe illis exercendis, impendat de virtute ad virtutem diſcurrat, ieiuniis, mortificatione, precibus contemplatione, & patientia ſedula proficiat aitque: *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertũ ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmentarij?* Hoc eſt (interprete D. Greg. Nyſſ.) Quæ eſt iſta, quæ de virtute proficit in virtutem, & de vna tranſcendit ad aliam, quæ quaſi gradus ſunt eminẽtes illius ſcalæ, quæ cœli verticem contingit virgulæ fumi cõparãda. *Ex aromatibus myrrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pigmẽtarii?* Nemo dubitat, quin ex florilegio de diuerſis aromatibus collecto fumus aſcẽdat, quô nullus gratior naribus, illud accẽdas mediis licet noctibus, & te ipſũ cubiculo cõcludas obſcuriſſimo, & domus tuæ ſecretiſſimo, per rimas odor euaporatur, & quaquauerſũ te neſciẽte diffunditur, Hoc viro meritis inſigni, vt diximus, cõtingit. Huic ex oppoſito, peruerſi cõſideres animã, impudicã nẽpe pellicẽ, quæ fidẽ frangere ſtatuit inhoneſtã cõiugi: hæc ſulphur eſt, igne cõcupiſcẽtiæ, ac amoris carnalis flagrantiſſima: quẽ credis illa fumũ excitabit? quantũlibet, illũ ſtudueris abſcõdere confeſtim nares implebit omniũ, & fœtor percipietur non tolerabilis. Et quis, precor, illum manifeſtabit? Attende quod hic verbo dicatur imperſonali, *Aſpergatur* q. d. ne quempiam quæras in particulari, quia dum neſcis à quo aut quomodo, facinus tuum mirabile publicatur: illud etenim, & hic & alter, & qui illac tranſiuit, & qui vidit & de quo minus ſuſpicabaris, olfecerũt. Hoc agit Deus quod iuſtũ eſt, & peccato quod ſuum eſt certiſſimè tribuit.

VI. Peccatũ Dauid quomodo detectum.

Admiror Abulenſem virum in litteris verſatiſſimum, omnibuſq; vt talem notiſſimũ curioſè inquirentem, vnde in publicum venerit patratum à Dauid adulterium. Nulla hic occurrit, difficultas, niſi quod illud tam ſecreto conatus fuerit cõmittere, vt ſoli Deo crederet eſſe cognitũ. Ita quidam illud explicant, *Tibi ſoli peccaui.* Quis illud igitur produxit in lucem? Meã quidẽ ſententia facile eſt hoc inuenire, quoniam primò quidẽ interuenerunt famuli, miniſtri, nuntij ita textus eloquitur. *Miſsis itaq; Dauid nuntiis tulit eam.* Quod intelligẽdũ eſt, quòd plures illi nuntios ac legatos miſerit, quia tũ ex parte ſua, tum illius, quòd mulier eſſet nobilior, ſuas habuit viciſſim negotiũ illud legationes (a) proinde ad minus nouerat illud famulus, vel aulæ cubicularius. Deinde litteras dat Dauid ad Ioab, vt mortem Vriæ diſponat ſub prætextu legiones ordinandi, ipſũ in frõte primipilum fortiſſimis opponat inimicis. Quid, quòd in palatio propalam eſt pediſſequis & in exercitu militibus viſne hoc lateat abſcõditũ? Optimè ãte diximus capitis vertiginẽ ſapere, opinari te, ſi vel famula vel amica, vel pediſſequus ſciat, fore omnibus incognitum.

Inc. 2. l. 3 Reg. 4. 7. Pſal. 50. 6. 2 Reg. 12. 12.

(a) *Tuuo ſudares y tomares.*

*Epiſt. 47. De vitando, ſuſpecto contubernio.*

VII. Serui peccata publicant.

Scribit D. Hieron. matri & filiæ quæ hac in re, parũ ſollicitè ſe gerebant, & in illos acerbius inuehitur, qui famulis, vel ancillis ita fidũt, vt aiebant, quod futuri ſint ſilicibus taciturniores O mente captos (inquit) an ſeruorũ & ancillarũ ignoratis cõditionẽ, quibus proprium eſt querelas effutire, nũ illis ſit ſatisfactũ, plenè ſolutum, vrbanè compẽſatũ, illi plus datũ, qui hoc minus merebatur, quàm mihi, ſi ſpei meæ cõformiter reſpõderit in debitã famulatus mercedẽ? & quãtũlibet illis dederis liberalis, nihilominus auarus accuſaris, nec attendunt id quod poſsis, ſed quod illis conceſſeris. Hoc illorũ eſt ſolamẽ ordinarium de dominis murmurare, & ſubcitulo vnicuiq; dicẽdi, quod dicẽdũ eſt, quidquid egerint, ac norunt propalam manifeſtare. Fide mea, ſi loqui vellem. Crede mihi, vera loquor, ego illi fidelior &c. *Querulũ eſt ſeruorũ genus, & quantumcũmq; dederis ſẽper eis minus eſt: nõ enim cõſiderãt de quãto ſed quantũ detur doloreq; ſuũ ſolis, quod poſſunt obtrectationibus conſolantur.* Porrò non vult Spiritus S. curioſiùs inquiramus, quis hoc publicârit, cum velit ſciamus illum ipſum eſſe, qui hoc in lucem omnibus intimauit, vnde Dauidi ſic Nathan Propheta: *Hæc dicit Dominus: Tu feciſti abſcondite, ego autem faciam verbum iſtud in conſpectu omnis Iſraël, & in conſpectu ſolis huius.* Ego hoc omnibus indicabo, ſic enim ſuadet iuſtitia. Huic alludit Salomon illis verbis quę præmiſimus, quibus oculos Domini ſuper ſolem aſſerit eſſe lucidiores: vnde ſic addit, *Hic in*

D. HIER. Epiſt. 47. Tom. 1.

*plateis*

li 23 *plateis ciuitatis vindicabitur*, &c. *& vbi non ſperauit, apprehēdetur*. Sciat igitur adulter, ſciat adultera, quòd in pœnam & iuſtam criminis ſui vindictam æquus hoc Deus diſponit, vt id quod abſconditè patrabatur, ad forum deducatur, & inexpectatū ac maximè ſecurū minuſq; ſibi cauētē apprehēdāt, illiq; cōtingat quod huic infami mulierculæ, quā inopinatò flagrāti in delicto & noctis cōtectā tenebris, eū id minus vereretur foras produxerūt, voceque præconia cōclamēt vniuerſi. *Hæc mulier modo deprehēſa eſt in adulterio*

§. 9. In Adulterio. *Adulterium cæcitas eſt cordis, cuius Iob exponit ſupplicium, & patet in vxoribus Dauid.*

ADducunt mulierem Phariſæi ad Chriſtū, quam accuſantes: magiſter hæc mulier
☞ 19 modo deprehenſa eſt in adulterio: quam lex iudicat irrefragibiliter lapidibus obruendā, tu quid dicis? Grauia habemus argumēta, quibus criminis adulterij confirmemus enormitatē: at illud quantum ſapio non minimū videtur quòd illo Iudæi Chriſtū voluerint illaqueare: etenim arbitrabātur, licet in eo miſericordia cæteris caput extolleret, nō auderet tamē tale crimen abſoluere, reamq; liberare. Nō vulgaria ſunt quib. S. Scriptura adulterij explicat grauitatē, & vtinā hanc ſtudioſius attenderent, qui hodie viuunt: quia cum tāta ſit huius peccati malitia, illud tamen adeò reddiderūt familiare, vt iam inter cōmuniora cenſeatur & quid dicam? de illo proterui quidam ſe iactant audaciùs, vt ait D. Aug. Audite ſapientiæ & patientiæ ſpeculum Iob, *ſi deceptū eſt cor meum ſuper muliere aliena, & ad oſtiū amici inſidiatus ſum: ſcortū alterius ſit vxor mea & ſuper eam incuruentur alij: hoc enim nefas eſt, & iniquitas maxima. Ignis enim eſt vſque ad perditionē deuorans, & omnia eradicās genimina.* Cuncta perpēde verba. *Si deceptū eſt cor meū ſuper muliere aliena.* Attēde diligēter, & euidenter cognoſces, alienā ſectari mulierem nō eſſe aliud quā quandā cordis tui cæcitatē. Propè prodigiū eſt, videre virū cui cōiux ſit inſtar Angeli venuſtiſſima, prudēs, pacata, mūda, quā in Dei ſeruitio poſſit ſanctè frui nullis tumultibus agitatus, nullo timore Deū offendēdi turbatus, & neminē ſcandalizans, opibus integris, pace ſeruata, optima ſalute; mulierem tamen inſequitur vilē, ſordidam, horrendā, malis execrabilem conditionibus, mille periculis, iniuriis, expenſis & iactu-

Lib. de decem chordis c. 9.
Iob 31. 9.

I. Adulterium eſt cæcitas

ris expoſitus: illam amat, quærit, blanditur, propriam autem odit, expellit & execratur. Quid hoc rei? *Deceptum eſt cor meum.* Cordis eſt cæcitas, quod diabolus traxit in laqueum: hoc enim agit, quemadmodum comœdus ingenioſus, & deceptor verſipellis.

Eius deſcribit fraudes, qui illum, vt Deus ipſe, callidè nouerat, viuis illum coloribus Iob proponēs in figura ceti horribilis ſub cuius proprietatibus fraudes arteſq; nocendi noſtri depingit inimici, quarum hæc vna dicitur: *Halitus eius prunas ardere facit.* Illa vox, *pruna*, carbones ſignificat congeſtos & nigerrimos: illud autem verbum *ardere*, incendere ſignificat & ipſos reddere ſplendidiores ſicut explicauimus, q. d. exſufflans in carbones maximè ſordidos, maximè nigros, hoc agit vt inſtar ſtellarū fulgere videātur. Sumitur à fabro ferrario metaphora, qui in fornacē carbones cōgerit adeo nigros, vt nedum in ſe ſint nigri ſed & ſe tāgētes coinquinēt, folles attollit, flatum excitat, & hoc agit, vt carbones illi nigerrimi in rubinos mutati videantur ſplendidiſſimos, qui de ſe radios emittant ipſis ſideribus lucidiores hæc eſt illa ars nocendi diaboli, quem Spiritus S. fabrum appellat ſufflantem in igne prunas: *Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas.* Huius fabri flatus ſunt inſtigationes, callidæ ſuggeſtiones, perſuaſiones deceptoriæ, quibus quæ ſunt extremè horrida, & execrabilia, ita reddit formoſa & deſiderabilia, vt extremè talia eſſe videantur.

Quærit D. Greg. Niſſ. qui fieri potuerit, vt protoplaſtes noſtri tantâ ſapientiâ clari & terrenorum altiſſima cognitione prædit, præſertim autem terræ fructuum, arborumq; eius credere potuerint in pomo latere virtutem, qua diuinum illis eſſe tribueretur. Apprimè nouerant, quòd ſine vlla comparatione arbor illa eſſet ignobilior, non ſolum naturâ ſuâ humanâ, quæ vita viuit rationali, ſed etiam ipſarum naturâ beſtiarum, quæ nedum viuunt animâ vegetatiuâ, vt arbor, at inſuper & ſenſitiua multò nobiliori. Qua igitur ratione, quod multis gradibus ipſo homine eſt inferius, dare illi poteſt naturam diuinam ac ſuperiorem? ne mireris inquit D. Greg. licet enim fructus ille terrenus eſſet, & pomum corporale, ſuarum flatu ſuggeſtionū & verſutijs fallax diabolus hoc ita ſplendidum reddidit, ita ſingulariter formoſum ita delectabiliter ſapidū vt fide crediderint illud eſſe diuinum, ſuprema nobilitate, & proprietatibus vigere totâ naturâ tranſ-

II. Diabol...

tranſcendentibus. Et fruſtra clariorē illorū verborū ſenſum inquirimus, quàm eum, quem quotidianá diſcimus experientiá, quá proditor ille ferrarius operatur: mulierē enim videbis immūdam, malorum hoſpitale, ſordium colluuiem, in actionibus ſuis incōpoſitam, quę videtur alteri ſole ipſo formòſior, Angelo gratior, venuſtate dea. Quis hoc agit? ſatanæ flatus, qui iſtud in illo agant, dona grataſque vxoris propriæ deſtruunt qualitates, alterius autem repręſentant quaſi diuinas, quibus in fraudem veſtra corda pelliciunt: *Deceptum eſt cor meum.*

IV. Diabolus vtitur præſtigiis.

Hoc mihi verò verius perſuadeo, quòd ſępenumero diabolus quibuſdam vtatur fraudibus, ac præſtigijs, quæ in oculis aut medio aëre fallax operatur, & ſpeciem quandam excitat cæcitatis, quam exponente D. Aug. Græci *ἀορασίαν* & Latini dicunt auidentiam, qua fit vt perſona quadam nobis præſente, in eius facie, & corporis figura quædam videamus: alia verò minimè de quo ſupra: hæc eſt illa auidentia quá Deus regis Syriæ milites obcæcauit, vt adſtāte vati Eliſeo, illum haudquaquam agnoſcerent, cuius dum vultum & faciem ſtrigas intuentur, alium ab ipſo differentem arbitrantur. Simile quid narrat D. Greg. Nyſſe. hic comite diacono ſuo perſecutorū declinabat inſidias, quibus innotuerat ambos in monte deliteſcere: hos igitur diligenter inquirunt, magno accedunt apparatu, & hominē ſibi obuium interrogant, num ſciat, vbinā Gregorius eiuſque lateat diaconus, quibus ille: In montis vertice inuenietis vtrumq; abſconditū. Aſcenderunt illi & ſuo indicio: non niſi duas percipiūt arbores, & deſcendētes, de illo queruli, qui illis hoc indicārat, indignati diſceſſerunt. Prædicta Deus illos percuſſerat cæcitate, quā oculis apparent ſpecies differētes ab eo quod res eſt, lineas ſeu tractus quoſdā vultus & non alios repræſentantes. Hoc dico multos à dæmone hac cæcitate percelli, ſic enim loquitur Apoſtolus: *Deus huius ſeculi excæcauit mētes infideliū, vt nō fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti.* Diabolus hîc dicitur Deus & Dominus huius ſęculi. Numquid te dęmon excęcat, qui cum mulierē habeas inſtar Angeli formoſam, modeſtā, prudentē, non illā vt talem ęſtimes; & altera eſſe Angelus tibi videatur quę ſit abominabilis, horrida, & immūda; & quantū illā exhorreſcis, tantū huic amore afficiaris? Cęcitas eſt cordis, inquit. Iob illata per diabolū: *Deceptū eſt cor meū.* Exoticū videtur, quòd quis poſsit tota quiete, ſecuritate, & animę ſuæ voluptate ſociâ gaudere ſibi à Deo conceſſa, totam nihilominus noctem

Lib. 22. de Ciui. cap. 19.

V. Cęcitas dicta auidentia.

Hi. 22. Hom. 61. In vita S. Greg. Taumaturgi epiſ. Neocæſarienſis.

2. Cor. 4. 4.

VI. Miſerè decipiuntur adulteri.

veſpertilio perambulet, ſalutē ſuā, opes, vitamq; exponat pęriculo, quò ingreſſum in domum habeat alienę, mille ſuſpicionibus, anguſtijs, timoribuſque perturbatus. Infelix heu nimis in fraudem incidit, eo quod ſe à Satana permiſerit excæcari: *Deceptū eſt cor meū.* Miratur vehemēter D. Chryſ. qua ratione fieri poſsit, vt quis ſe in peccatum præcipitet, quod tot ſecum ſpinas trahit, tot manifeſta pericula & tot periculoſas ſuſpiciones. Audiamus D. Chryſ. totum ſuſpenſum: *Quæ poteſt eſſe voluptas vbi metus, vbi diſcrimen, vbi periculum, vbi tantorum malorum expectatio, vbi tribunalia, vbi accuſationes, vbi iudicis ira, vbi ruina, vbi gladius, vbi carnifex, vbi barathrum. Quin potius ſi tollantur hæc omnia, ponamus nulli notum eſſe flagitium præterquam ipſi viro & mulieri, quam adulterauit, quomodo feret conſcientiam redarguentem, acerbam, & amarulentam, accuſationem vbique ſecum ferens?*

D. Chr. Hom. 3 in Vidi Domin. T. 1.

Hos Deus per Prophetā Oſeā graphicè deſcripſit Symbolo clibani ſuccenſi & concluſi: *Omnes adulterantes quaſi clibanus ſuccenſus à coquēte.* Per hūc declarat anguſtias, ardores, tremores, ſuſpiciones, & pericula, quibus ſua miserè cōburūt inteſtina. Quomodo igitur vir iudicio pollēs poteſt in his viuere? Ne mireris, cęcus eſt & deceptus: illū quippe diabolus excęcauit: *Deceptū eſt cor meū.* Et verū eſt quod in paruis rebus, iuis illuſionibus & pręſtigijs obtineat locū ſicut in iſtis, prout expēdimus cū filij prodigi tractauimus hiſtoriā. Hinc eſt quod cū ſit res tā apertè mala, & execrāda quā quis cōmittit, exiſtēs vxori fœdifragus, reipublicę ſcandalū, ſalutis, opūq; naufragiū, vix tamē inuenias illi curandę remediū. Videtur autē quòd Spiritus S. talibus omnē ſpē ſalutis eripiat qui in hoc cœnum lapſi fuerint: primò namque appellatur hoc peccatum: *Fouea profunda os alienæ* & deinde *Puteus anguſtus aliena.* Si quis in foueam incideret latiorem, vociferari poteſt & liberari: porro ſi in profundum anguſtumque puteū inciderit, quid conſilij? vt iam demerſum reputa; nec aliter ſe res habet, etenim qui in adulterium prolapſus fuerit, videtur omni ſpe ſalutis priuatus, Dauid in illud corruit, & cum talis eſſet, Propheta ſanctiſsimus, Deo familiaris, in omni genere virtutum exercitatiſsimus, mox vt in illud incidit, en tibi velut cæcus omnis rationis expers, omnis impos intellectus nec Dei recordatur, nec ſui muneris, nec ſuę dignitatis, nec honoris iacturę, nec familiæ ruinę, nec ſtragis exercitus, quinimo neceſſe eſt, vt alius accur-

Oſea cap. 7. 4.

Prou. 23. 24.

VII. Adulterium puteus eſt profundus, vt patet exemplis.

Prou. 15. 27.

rat

rat Propheta particulariter à Deo ad hoc deſtinatus qui Dauidem prius præpararet metaphoris, figuris, & parabolis ex induſtria compoſitis. Nec hoc ipſum latuit, quando ſtatum illum vocauit infernum inferiorem: *Eripuiſti animam meam ex inferno inferiori*. Lymbus Patrum & purgatorium vocatur in Scriptura infernus, ſed infernus eſt ſuperior, & de quo patet egreſſus ad ſuperiora: porro damnatorum infernus dicitur inferior & profundus, qui in hunc lapſus fuerit illum habe pro deſperato, *In inferno nulla eſt redemptio*. In hunc corruit infernum, profundumque puteum Rex Herodes, & cum D. Ioan. ille eſſet, qui illum educere conabatur, vir qui ſupremos, & maximè proteruos milites palmo ſuo ſubiugabat, nedum regem non extraxit, ſed ipſemet in vincula conicctus & capite cæſus occubuit; vt hinc rei pateat difficultas, ſed vnde hæc oritur?

Pſ. 85. 13.

Numquid non audiuiſti: *A cæcitate cordis libera nos Domine*? hanc igitur ſecum trahit cæcitatem & cordis deceptionem crimen adulterij, *Deceptum eſt cor meum*. Luxuria ex natura ſua offundit intellectum, Adulter inter impudicos ille eſt, qui craſſiori cæcitate ſuis in actionibus, & ambagibus cæteris errat irreparabilius, & hoc proprium eſt peccati ſui ſupplicium, pati ſcilicet cordis ſui tenebras inextricabiles & pernitioſas. Annotant S. Patres decem Ægypti plagas, tranſgreſsioni decem reſpondiſſe mandatorum, vt culpæ pœna conueniat. De nona plaga ſic S. Scriptura: *Facta ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Ægypti &c.* Quid hoc rei? cur tam horribiles & palpabiles immiſit Dominus per totam terram Ægypti tenebras? ne dubites: ob noni præcepti tranſgreſsionem. Quid illud prohibet? *Non concupiſces vxorem proximi tui*. Siccine? igitur propter noni præcepti præuaricationem in pœnam ſui ſceleres, tenebras, obſcuritatem & cæcitatem patiuntur intellectus. Hæc eſt pœna, hoc adulteri ſupplicium: *Deceptum eſt cor meum*. Hæc eſt Ruperti Abb. apud Lypomanum explicatio: vnde non tanta mireris monſtra, qualia in hac audimus materia & in illis videmus ſtratagematibus, quibus proprias eludunt vxores illi, qui ſe hoc adulterij crimine obtenebrant. Si in talem lapſus fuero iniquitatem puniat me Deus (ſic ſibi Iob imprecatur:) *Scortum alterius ſit vxor mea*, vxor mihi mea frangat fidem ignominiosè. Inſinuat Iob, quantum ſit hoc peccatum in eo, quò

VIII. Cur 10. plagis plectātur Ægyptij. Exo. 10. 21.

IX. Cæcitas reſpondet nono præcepto. In cō. 10. Exod.

Deus illud communiter caſtigat, nimirum quò permittit, vt tibi vxor tua fidem abiuret, & cum tu fidei moliaris in domo aliena proditiones, ſit qui ſimiles in tua moliatur.

Numquam ſatis laudauero conceptum D. Chryſ. de Dauidis adulterio, vbi expendit, quàm aptè ad bolidem ſupplicia ceciderint, quibus Deus in illo crimen mulctauit adulterij: nam omiſsis illis, quòd ea de cauſa continuò fuerit tumultibus belliſque agitatus, quatuor filiorum morte punitus, impleta ipſa ſententia (noſtro Cardinale Caietano interprete) quam ipſe protulerat: *Ouem reddet in quadruplum*. Fuerunt inter illa hæc ſingularia, quæ Propheta Nathan ex parte Dei Dauid intimat ſupplicia: *Hæc dicit Dominus, Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius*. Indicat illi ſupplicium in pœnam adulterij futurum, quod proprius ſuus Filius Abſalon exequeretur in patrem rebellis, hoc eſt, *Suſcitabo ſuper te malum de domo tua*, & hæc duo perficeret, ſicut & perfecit; Primo, quòd conaretur patri regnum auferre, patrem illo exterminare, patri coronam capitis deprædari ſuoque imponere patricida. Iuſtum, meritumque ſupplicium: teſte D. Chryſ. Eſt mulier marito velut regnum, quam non minoris debet æſtimare, honorare, defendere, prouidere, pacem eius & tranquillitatem procurare, quàm regni ſui rex illuſtriſsimus; & ſicut ad regni tranquillitatem omnes regi diriguntur ſolicitudines, ſic & viri debent ad vxoris pacem omnia ſtudia conformari. Eſt inſuper mulier corona gloriæ viro ſuo. Teſtem habeo Spiritum S. *Mulier diligens, corona eſt viro ſuo*. Nihil enim in hac vita viro decentius, nihil eſt glorioſius quàm mulier ſancta, prudens, ſolitaria, domus ſuæ ſollicita filiorum educationi intenta, operaria, viro deſeruiens, & in componendis famulis ſtudioſa &c. Hoc conceſſo, dum Dauid viro in primis nobili Vriæ mulierem deprædatur, regnum illi deprædatur, illo exturbat, illud ſibi occupat, illi coronam aufert capitis, qua ſe voluit honorari: adſit qui regnum illi conetur auferre; ſibique conquirere, regnum tollere, & diadema, ſuoq; capiti imponere ipſeq; gloriari. Hoc egit Abſalon. Audire iubet D. Chry. *Quoniam Dauid mulierem quæ erat in mariti poteſtate, tamquam alienam regnum occupauerat*

ciuilibet

*cuilibet enim viro regnum eſt concors coniux, & non ſic rex purpuram & diadema, vt vir vxorem diligit: propterea qui ex vxore natus fuerat ei filius inſurrexit tyrannus, volens eripere regnum patris, vt rapuit & vim paſſus eſt, & qui clanculum peccauerat, de eo palam triumphatus eſt.*

Secundum, quód ſingulari conſilio Deus permitteret, vt eſſet qui Dauidi proprias tolleret vxores, quas & in oculis eius, & in totius mundi ſynagóga dehoneſtaret: *Et tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis ſolis huius.* Ita quoque contigit, vt decem mulieres, quas Dauid ex diuina habebat diſpenſatione, & palatij ſui cuſtodes reliquerat, ipſe filius Abſalon ſibi raperet concubinas, quo fine tetendit in ſolario domus tabernaculum tota ſpectante ciuitate & populo Ieruſalem, quas omnes ibi publicè violauit, cum ſibi eſſent nouercæ, quod in ſtuporem omnes rapuit vehementiſsimum: equidem conſidero, licet Abſalon vitæ eſſet adeo perditæ & moribus infamis, vt omnibus eſt in confeſſo: plures tamen ex illis mulieribus nobiliores erant honeſtæ, modeſtæ & à Dauid edoctæ Dei timorem, eiuſque honoris ſollicitæ; licet autem Abſalon omnem abieciſſet verecundiam, illis tamen eam ſeruare competebat, morique millies, quàm tam horrendo conſentire facinori. Quod ſi illas nec Dei timor refrænaret (credendum enim erat multas illo fore coercendas) illas ad minus mundi pudor, totiuſque ciuitatis oculi, qui ad ſpectaculum concurrerat, cohibere debuiſſent: videtur enim quód etiam mulieribus parum honeſtis hoc ſuffeciſſet: nullam tamen illarum audiuimus tam impudens recuſaſſe facinus, ſed nec paulum ſubſtitiſſe, nec tantæ proditioni vllam aut remoram aut difficultatem oppoſuiſſe. O prodigium; nihil hoc te moueat, ſiquidem illæ ex vna parte conſiderantes, quàm proditoriè Dauid illas deſeruiſſet, & fidem datam abiuraſſet in illum vehementiùs excanduerunt, nec non videntes quam inhumané cum illis ageret; totum autem ſe effunderet in voluptatibus & delitijs Bethſabee, hoc grauiſsimè tulerunt; erant illæ inquietæ, illas mouebat acerbiùs diabolus, Deus autem manum ſubtrahebat auxiliatem, vide quid fecerint. Quid cogitas, domum tuam ſecuram eſſe, dum tu per alienas ganeo diuagaris? Dicunt tales eſſe timidos zeloſos varijs agitatos ſuſpicionibus, quia nebulones ſunt, & ex operibus naſcuntur ſuſpiciones.

*a.Y de las hechas naren las ſoperbas.*

XI. Scortum alterius ſit vxor adulter in pœnâ delicti.

Hanc ego dico non eſſe timoris eorum cauſam principalem ſed Dei vindictam: quam ipſa conſcientia ipſis dictat eſſe iuſtiſsimã. Inuenies autem eo modo per Oſeam quibuſdã Dominum minitaſſe libidinoſis adulteris, quos ſic terret; eia agite ſcortatores, per memetipſum iuraui, tale quid in domo tua continget, quale molieris in aliena, de veſtris vxoribus, veſtriſque filiabus manũ ſubtraham, & peruertentur. *Fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Non viſitabo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ & ſuper ſponſas veſtras cum adulterauerint: quoniam ipſi cum meretricibus cõuerſabantur.* Quoties me conuenit mulier nobilior mærore confecta, ſuumque deplorans infortunium, quòd maritus viam incurrat perditionis, quantoque hoc ſibi vertatur dedecori: hoc illi principalius ſuggero conſilium: Domina Deo ſupplica, ſua te protegat manu, nec permittat in pœnã eius, qui hanc iuſtè promeruit, tu quoque in ſimile, meretrix prolabaris adulterium. Ipſe Iob rex & patientiâ conſpicuus, hoc domui ſuæ eſt imprecatus, vt ſi tantum cæcutiret, vt amaſius accederet ad alienam: *Scortum alterius ſit vxor mea.* Vt quid igitur Iob tam grauem tibi imprecatis maledictionem? vt quid: *Hoc enim nefas eſt & iniquitas maxima.* Peccatũ eſt abominabile & cæteris multo grauius: *Iniquitas maxima.* Quis ergo eius effectus! *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & eradicans omnia genimina.*

*§. 10. Adulterij damna declarat Iob, quæ patebunt in eo, quod Deus locutus eſt Abimelech, & ipſe Abrahæ,*

EN tibi, morali interprete D. Gregor. propriam veramque adulterij definitionem; 10 *Lib. mor 21. c. 9.* *Ignis eſt vſque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.* Ignis eſt, qui omnia conſumit, perdit, exterminat ad vſque plantarũ arborumque radices altiſsimas. O potentiſsimũ ignem! ſi noſter hic ignis domum tuam inuadat, non omnia demolitur, ſi namque vnum inuaſerit cubiculum, illæſum remanet alterũ; ſi veſtes adu ſſerit, lapides non conſumit nec argenti aurique laminas; ſi pinarium tuum vel fructuum pomarium deuorarit, ſi in cinerem redegerit arbores, integræ manent radices, quæ denuo repullulant, nouoſque producunt frutices. Qualis futurus ignis ille, qui domum tuam inuadens

I. Similitudine explicantur damna adulterij.

nec veſtem, nec portam, nec feneſtram, nec arcam, nec rudera, nec ferrum, nec aurum intacta præterire? Quantus ignis ille, qui pomarium apprehendens, nedum plantas omnes & arbores exterminaret, ſed & ipſas intimas radices eradicaret? Talis eſt ignis adulterij, quô tua perditur anima: *Ignis eſt eradicans omnia gemina.* Virtutes conſumit, dona deuorat, tuas dilapidat opes, atterit ſalutem, perdit honorem, pacem iuquietat, perturbat ſolamen, vitamque mortificat. Experientiam ſume, ex eo quod in tua contigit domo, & ſupra retulimus, cum prodigum exponeremus. Totam ſiluam euertit radicitus.

II. Tria peccata in lege veteri lapidatione punita.

In lege veteri trium præcepit Deus criminum reos totius populi manibus mulctari lapidibus: primum contra Dei erat honorem: alterum contra debitam parentibus reuerentiam: tertium adulterium. Blaſphemus, inquit, Deus, & ſacrilegè nomini meo iniurius à toto populo lapidetur. Filius parentibus contumaciter inobediens, omnium manibus lapidibus obruatur. Adulterij criminis reus, lapidum imbre præfocetur. Perpende quam proximè ſibi connectat adulterium blaſphemiæ contra Deum, & inobedientiæ contra parentes. Quid hoc Domine, cur præcipis horum criminum reos totius populi manibus interfici? filius contumax parentum bruchsat manibus, ad quid interuenient alienę? Mariti manibus occidatur adultera, cur manus requiruntur alienæ? Illa peccata conſiderãda veniunt, vt bono communi, totiq; reipublicę pernicioſa: eſt etenim adulterium ignis vſq; ad perditionẽ integram ciuitatẽ, totamq; deuorans prouinciã.

*Leui.c.10 & 14. Deu.c.21*

III. Abimelech ob raptem Sarã, vitę periculum incurrit.

Notabilem refert caſum S. pagina de Abimelech rege Gerarę, quem eleganter expendit D. Aug. Eò acceſsit Abraham comite coniuge ſua Sarâ, quæ vt erat forma venuſtiori commendabilis, timuit Abraham, ne ſi fateretur ſuam eſſe coniugem ab illis occideretur, vt eius poſſent frui conſortio; quocirca cum illa conuenit, quòd nõ diceret: vxor mea eſt ſed ſoror. Ingreſſus ciuitatem ilico ad regẽ fama peruolat, illuc appuliſſe mulierem ſole formoſiorem, quam propriùs frater adduxerat. Nulla mora, Rex illã iubet adduci. Eadem noctè Regi priuſquam illã attingeret, apparet Deus illum acriter reprehẽdens O mortalium impudiciſsime: *En morieris propter mulierem, quam tuliſti habet enim virũ.* Heu Domine mi, & hoc ego ignorabã, & deludi potui ab illo, qui dixit ſoror mea eſt, quo capere non potui, quòd illi eſſet ſociata coniugio. Cui Deus: & hęc tua ignorantia in hoc tibi profuit, quòd te cohibuerim, ne in illam peccares, egoq; te diſperderem. Ilico redde viro vxorem. Dicto citius, in auroram non differens, ſtrato rex exſurgit, omnes conuocat familiares, nobiles, cubicularios, & dum omnes nihil minus ſuſpicantur quàm regem cum Sara operam dare voluptati, totũ horrendis vocibus perturbat, mouetq; palatium. *Statim de nocte conſurgens Abimelech, vocauit omnes ſeruos ſuos.* Et totus attonitus, ac terrore perculſus iubet quàm primum ad ſe perduci Patriarcham, illique ait: adeſto mi chariſsime, in quo te offendimus moleſtique fuimus, vt periculo regnum meum exponeres quo non minus quam in ruinam traheretur vniuerſalem? Quã hac conſcientiã propoſuiſti, vt mihi, meoq; regno tantam ſceleris imponeres grauitatem quã ſubito ad ima mergeretur? *Quid feciſti nobis? Quid peccauimus inte, quia induxiſti ſuper me & ſuper regnum meum peccatum grande? Quid vidiſti, vt hoc faceres* Notatu digniſsima ſunt hæc omnia.

*Lib. 22. cont. Fauſtum. c. 33*

*Gen. 20, 3*

IV. Contra Abrahã ob negatam eſſe coniugẽ expoſtulat.

Primum conſideremus, qua ratione motus credidit Abraham, quod ſi loci illius incolæ noſſent quòd Sara ſua eſſet vxor, illum interficerent, vt ea potirentur! An idem non erat periculum ſi ſororem eſſe fateretur? Reſpondeo: cenſebant illi grauius eſſe adulterium homicidio quocirca illud: *Grande peccatum appellant* & quidẽ adeo graue, vt vir non pręſumeret rem habere cum muliere coniugata niſi prius maritum illius occidiſſet; cenſebant enim minus eſſe peccatum mulierem cognoſcere viro interſecto, quàm ipſo adhuc ſuperſtite.

V. Idem ob

Idem notatur in Iſaac filio Abrahæ, cui idem 21 quod patri & quidem in eadem contigit regione vt eo coniuge Rebecca ſociatos accedens pari pulchritudine conſpicua idem ſibi periculũ metuens cum illa conuenerit, vt diceret: frater me' Iſaac eſt *Timuerat enim conſiteri, quod ſibi eſſet ſociata coniugio, reputans ne forte interficerent eum propter illius pulchritudinem.* Idem credebant rex, eius principes, totaque ciuitas. Contingit die quadam, vt rex ad feneſtram proſpiciens videret Iſaac cum Rebecca coniuge colludentem. Admiratur, & interrogat: nonne hic eſt ille peregrinus, qui hec appulit illa comitatus quam ſororem ſuam eſſe conteſtatur? Ad ſe virum vocat, aitque illi: liquidò mihi conſtat, hanc non ſororem ſed tuam eſſe coniugem: *Perſpicuũ eſt, quod vxor tua ſit.* Quis hoc tibi, mi rex, vero verius indicauit? vidi te cũ illa colludentem. O aurea tẽpora, cum ex eo quod vir cũ muliere ioceтur,

*Gen. 26. 6*

cetur, certò colligatur ſuam eſſe coniugem. Perpende nunc quanta in hoc mundo virorum cum mulieribus inhoneſta diſſolutio. Amice, replicat rex, an credendum eſt, animum tibi fuiſſe, vt noſtrum hoc regnum extremo perditionis exponeres periculo: te namque proteſtante, quod mulier hæc tua eſſet germana ſoror, poterat quiſpiam de turba ad illam ingredi, vt pote non coniugatam, quo facto nobis peccatum imponeres atrociſsimum; *Quare impoſuiſti nobis? Poterat coire quiſpiam de populo cum vxore tua, & induxeras ſuper nos grande peccatum.* Deinde notes velim quid vterq; ille rex totaq; gens de peccato ſentirent adulterij: iudicabant enim, vel vnum ſufficere adulterium, licet ignoratum, quo totum regnum in extremam raperetur calamitatem: vnde & dicitur: *Peccatum grande ſuper me & ſuper regnum meum.* Verè namq; ſic intelligebant, adulterium plus ſatis eſſe, quo Deus irritatus integram euerteret iuſtè prouinciam, vnde veteres illi Patriarchę crimen adulterij flammâ puniebant. Exemplo conſtat in Thamar quam vt vidit Iudas ſocer ſuus prægnantem, & adulterij ream, hanc in nurum profert ſententiã:

Gen. 38, 24.

*Producite eam vt comburatur.* Ignis rebus deſeruit conſumendis iue inficientibus: omnia namque flammis ſuis exterminat voracibus.

Nec hoc latuit Dei populum, in illo crimine commiſſo in Gabaà quo Leuites vxorem ad ſolis occaſum adduxerat, quam incolæ ciuitatis viro rapuerunt, illique abuſi ſunt inhoneſtè. Vniuerſæ conueniunt Tribus tantum merito

VI. Adulterij grande piaculum. Iudic. 20, 6.

ſcelus caſtigaturæ, reumque expoſtulant puniendum. *Num vnam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.* Quid hoc? Numquid vitulum adoraſtis? Numquid infinitis vos commaculaſtis idolôlatrijs? Numquid mille Deũ irritaſtis blaſphemijs? in quarũ punitionem vos ſæpius voluit exterminare? Quid igitur agitis: *Numquam tantum nefas & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael.* Peccatũ adeo noſtræ reipublicæ pernicioſum. Patet omnibus prora illa peccata longe fuiſſe grauiora, ſed hoc attẽde quid de publico, cenſeãt adulterio. Quid ſibi timeãt, quid mali ſuſpicẽtur, iã ſe perditos arbitrãtur. Optimẽ dixit Iob: *Nefas eſt & iniquitas maxima.*

VII. Abimelech ob etiam tẽtatum tantum & ignoranter adulterium punitur.

Dicta num intellexiſtis? Hic nõ ſiſtit Spirit⁹ S. quinimo notat vlterius, licet rex Abimelech tali procederet modo, pro vt dictum eſt, & quod voluerit ad Sarã ingredi, ignorãtię deputetur, ſibi perſuadẽs eã nullatenus eſſe cõiugatã, & Abrahã fratrẽ nõ maritũ arbitraretur, dein quàm primũ Deus illi ſignificauit hanc Abrahę eſſe cõiugẽ, à propoſito reſilierit, & feſtinus eam marito reſtituerit, vt diximus, nihilominus & illum & reginam aliaſq; concubinas, nec non aulę ſuę mulieres inauditã Deus viſitauit ſterilitate, tam in viris, quã mulieribus, morboq; afflixit impotentiæ, vt vir nullus ſuam poſſet cognoſcere vxorẽ; quos omnes illã grauatos moleſtiã detinuit, donec orante pro eis Abraham, Deus manum ſuam leuaret, daretq; remedium. Hoc eſt, ſi fidẽ damus Cardinali Caietano quod ſacer indicat textus: *Orante autem Abraham, ſanauit Deus Abimelech & vxorem ancillaſque eius, & pepererunt: concluſerat enim Deus omnem vuluam domus Abimelech propter Sarã vxorem Abrahæ.* Hanc conſiderans hiſtoriam, dico ne vobis mirum videatur, regna noſtra noſtraſq; reſpublicas tantis affligi damnis, neceſsitatibus, ſterilitatibus, iacturis, & calamitatibus, vt iam peſsũdanda eſſe videãtur. Timet Rex Abimelech, nec hunc in eo Deus reprobat timorẽ, quod ob vnicũ adulteriũ, & hoc nõ cõmiſſum ſed intentatũ, non ſciẽter, ſed ignorãter exponeretur periculo totũ ſuũ regnũ, optima ſua valetudo, in domo ſua ſuorumq; nobiliũ, ac primatũ fruſtrandæ ſine prole heredes, ſucceſsiones. Quam non inducent vindictam tot adulteria tam ſingulari patrata peruerſitate, ſcientiã, proditione, de quibus & multi gloriantur? ſi regem Abimelech ob intentum cum aliena adulterium & hoc quidem ignoranter illum & omnes curiæ ſuæ primarios, legitimã Deus priuauit tam ſeuerè ſucceſsione, qualem vos in familia veſtra ſperatis ſucceſsionem tot implicati adulterijs, & vos qui in illis vt alter Herodes adeo publicè, infames porci, volutamini? Hoc mihi firmiter perſuadeo hanc vnam inter cæteras eſſe rationem cur tot lugemus familias legitimã priuatas ſucceſsione; crimen ſcilicet adulterij, quia hoc Deus illud mulctat ordinariè ſupplicio.

Hinc, ni fallor, lucem accipiunt obſcura illa verba regis Abimelech ad Saram, dum illi valediceret. Mille largitus eſt argenteos Abrahæ, quem illa fratrem ſuum appellabat, aitq; Saræ, Domina: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamẽ oculorũ ad omnes qui tecum ſunt & quocũq; perrexeris &c.* Suam patiuntur hæc verba difficultatem quę Caietanus eludicat, aduertens in hebręo illud *hoc* eſſe maſculinum, & referri ad maritum: *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo: ecce ipſe tibi velamen oculorum*

Gen. 20. 16.

VIII. Quale ſit velamen oculorũ.

*omnibus qui tecum ſunt, & omnibus &c.* q. d. mille argenteos illi dedi, quem fratrem vocas, & tuus eſt vir: ipſe eſt velum potentiſsimum, quô tuam poſsis operire faciem, ne quis te videat alienus. Mulierum, quas nolebant paſsim ab omnibus videri, mos erat, velum faciebus oppandere, imo teſte Lipomanno talis increbuit in Alexandria Carris conſuetudo.

☞ 21 TERTVL. Cap. 19. Hinc originem ſumpſit familiaris illa ceremonia ab Apoſtolis introducta velandi virgines, quæ ſponſas ſe Deo conſecrabant, de qua Tertullianus tractatum edidit: *De velandis virginibus*, & vocat hoc velum: *Armaturam pudoris velum verecundiæ, murum ſexus, qui faciat vt nec tuos immittas oculos, nec admittas alienos.* Nec fas eſt illam intueri virginem Deo conſecratam. Quinimo ea de cauſa mos hic eſt eccleſiæ in miſsis nuptialibus velum capitibus eorum imponere, qui matrimonio iunguntur q. d. quòd vir ille non aliò reſpicere debeat, quàm ad hanc mulierem nec ipſa niſi ad virum hunc: vt igitur in mulierem nullus curiosè ſuos conijceret oculos, ei facies velo tegebatur. Præmonet ergo rex Saram: non huic, Domina, fratri tuo nomen deneges mariti, & quocumq; profecta fueris, illum vt coniugem tuum conteſtare: hoc etenim immunis eris, ne quis alius te conſpiciat, teq; conconcupiſcat, cum ex eo quod adulterium peccatum ſit pergrande, tum ob ſupplicia, quibus illud confeſtim Deus caſtigat: ſiquidem in pœnam adulterij nedum vnam familiam, ſed & integrum demolitur, evertitque imperium. Poterat hoc rex ille dicere: quandoquidem hoc in ſeipſo fuerat expertus: licet enim amore Saræ raperetur inhoneſto, vultus illius allectus elegantiâ, quam interim credit eſſe liberam: quàm primum tamen audiuit, *Habet virum*, inſtar lapidis obduruit, & momento temporis affectus ille carnalis evanuit, timor enim futuri ſupplicij, cordis ſanguinem conſtrinxit; & nihilominus illud quod diximus non evaſit incolumis. Hoc plus ſatis eſſe deberet, ne quis mulierem audeat intueri, quam ſcit coniugatam, & Deum adeo grauiter adulterio prouocari, vt diximus & dicturi ſumus.

§. II. *Nullum inſtituit Deus expiando adulterio ſacrificium, ſed bene contra illud, zelotypiæ ſacrificium perpetuo firmatum miraculo.*

AD rem duo cõſidera in lege veteri: num, quod modo declaramus idcirco legem ſanxiſſe Deum, vt adultera manibus omnium lapidaretur, quaſi quę omnes periculo expoſuiſſet evidenti. Alterum, quod notat D. Aug. cum enim Deus ſacrificia præcepiſſet omnigenis apta peccatis emundandis: ita vt per illa tum temporis expiarentur, nullũ attamen expiando ſtatuitur adulterio: *Hoc crimen* (inquit D. Aug.) *In lege nullis ſacrificijs mundabatur.* Videtur enim indicare Deus, nullũ huic crimini ſupereſſe remediũ, Imo potius particulare in cõtrariũ inſtituit ſacrificiũ, nempe zelotypię corã toto populo peragendũ. Expendit D. Thomas, quòd illa machina ſacrificiorũ, licet eorum nullum in ſe virtutem haberet operandi in anima efficaciter, duo tamen habuit omnino ſingularia, in quibus virtus Dei mirabiles & manifeſtos operabatur effectus: vnum in authoritatem Sacerdotum, alterum in abominationem adulterij. Primum erat in leproſi mundatione. Præceperat Deus, cum lepra ſit infirmitas contagioſa, qui illa foret immundus, vt ab hominum conſortio ſequeſtraretur, & iudicium num quiſquam leproſus eſſet nec ne, ſpectaret ad Dei Sacerdotes. (Vide ſupra) Itaque quoties quiſpiam contenderet à lepra ſe mundatum, lex præcipiebat ſe coram Sacerdote ſiſteret, ipſe verò rei veritatem inquireret, num verè mundatus eſſet: quod ſi mundatum eſſe Sacerdos aſſereret, offerret duorum paſſerum pro illo ſacrificium &c. quô factô virum omnes mundum eſſe cenſerent. Oritur hic difficultas: poterat Sacerdos decipi, tum quia lepra morbus eſt proditorius: etenim ſæpè cute exterius integra partes inuadit interiores, & tantò poſtmodum impetu prodit fortiori: tum quia Sacerdos medices non habebat ſcientiam, nec eius erat ordinis, aut muneris tale malum aut curare aut agnoſcere: vnde de facili errare potuiſſet, & ſi medici in huius morbi ſæpè iudicio aberrent, multo magis poterat deludi Sacerdos. Hoc tunc contingebat (teſte D. Thoma ex multorum opinione hebræorum) miraculum obſtupendum: etenim ſi adhibita Sacerdos debitâ diligentiâ, & iuxta præſcriptas ſibi à Deo leges

23. I. Dubio de c... adult... zelotyp... ſacrifi... D. Aug. Lib. ... adulter... ... Pollini, c. 6 ... 6, 8, 25 ... Leuit. ... & 14. II. Author... tas Sacer... dotis a... emunda... tione l... proſſi... de ſupr. Hom. 14 ... III. Nunquã errabat in eâ Sacerdos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

legeshominem illum pronuntiaret ac iudicaret realiter non eſſe leproſum, vel iam a lepra mundatum, licet à vero aberraret, & leproſus mundatus non fuiſſet, aderat hic ad miraculum Dei virtus, qua ſubitò à lepra mundabatur, vt illò Sacerdotum conſuleretur auctoritati eiuſque populus fideret determinationi. In quo pariter nobis ſymbolum præmiſit Sacramenti pœnitentiæ, in eo quod elapſis proximè diebus expoſuimus. Grande miraculum: *Si contingeret Sacerdotem errare* (inquit D. Tho.) *In iudicando miraculosè leproſus mundabatur à virtute diuina, non tamen virtute ſacrificiorum.*

D. THO. Loc. cit. ☞ 24.

IV. Sacrificium zelotypiæ declaratur. Num. 5.

Secundum ſpectabat adulteram: etenim proprium inſtituit ſacrificium dictum zelotypiæ duabus de cauſis: prima, vt crimen detegeretur adulterij: ſecunda ad eius ſupplicium. Si quando vir coniux, inquit Deus, ſuſpicionem habuerit de violato ab vxore thalamo, reſque latet incognita, nec teſtium poteſt fide confirmari, volo ſacrificij oblatione veritas elucescat. Adducet vir vxorem ad Sacerdotem, in oblationem ſecum panem deferens fermentatum. Incenſum non adhibeatur, quod tantummodo in ſacrificijs pacificis adoletur, nec oleo conſpergatur oblatio, quod præfert miſericordiam, non enim iuſtum eſt illam obtineat adultera. Mulierem Sacerdos adducet coram Domino, caput eius aperiet, ac omnino denudabit, vt illi nec velum, nec pallium, nec peplum, nec larua relinquantur ſed toti ſit populo expoſita, quandoquidem coram Deo nuda ſint omnia & aperta. Manibus hic eius panis fermentati ſuperponet ſacrificium, ipſe verò ſuis manibus vas accipiet aquæ, cui de puluere pauimenti tabernaculi paululum iniiciet, & coram Deo in illam hos fulminabit exorciſmos: Placeat Deo, ô mulier, quod ſi viro tuo fidem ſeruaueris integram, thorumque non violaueris, illæ aquæ tibi ne noceant, imo ſummoperè proſint, & tanta læteris valetudine, vt infra decimeſtre filium hoc mater adducas. Porro ſi fœdifraga crimine polluta es adulterij Deum inuoco vindicem, vt aquas has hauriens, eius in te ruat maledictio, toto corpore infirmeris, tibi venter intumeſcat, putreſcat femur, paulatim deficias & maximis, teſte omni populo, calamitatibus oppreſſa moriaris. Ita vt hinc ſumant formam iurandi per modum execrationis, vt dicant, faxit Deus mihi hoc, quod illi contingat. Hunc credit D. Aug. iſtorum eſſe

V. Mulieris fidelis benedictio.

VI. Adulteri maledictio.

Lib. qq. in Nu. q. 22. Nu. 5. 21.

ſenſum verborum, quæ ſic ipſe legit: *Det te Dominus in maledictionem, & exacramentum.*

Quo dictò ſacerdos illi bibendam propinabat aquam, eratque videre infallibilem Dei virtutem, ſi namque mulier fidem pudica viro ſeruauerat, ilico ſolis inſtar formoſa radiabat, ſi languens, ſanabatur, & colore roſeo facies intingebatur, nec non confeſtim fructum in vtero concipiebat, quem decem euolutis menſibus ad templum deferebat gratias Deo perſolutura. Porrò ſi fidem pellex marito violaſſet, ilico in pallorem vertebatur & velut cera flaueſcens toto corpore doloribus angebatur, venter intumeſcebat, femora putreſcebant, & triſti nimis ac lamentabili fine vitam cum morte commutabat. An quid ſimile & admirabile percepiſti? Quid plura? Inſtituit hoc Deus ſacrificium duabus de cauſis: prima, vt peccatum adulterij detegeretur ac publicaretur: ſecunda, vt iuſtè puniretur. Quid hoc Domine mi! A quo tempore voluiſti ſecretum hoc peccatum manifeſtari? ſemper oppoſitum præcepiſti, nec non ſæpius ordinaſti quicumque proximi noſſet defectum, illum reticeat, & abſcondat, modo verò formam præſcribis, qua detegatur, omnino miraculoſam?

Mirum eſt (inquit D. Tho.) cum tanta ſint peccata proditionis reipublicæ, filiorum contumaciæ erga parentes infidelitatis ſeruorum Dominis ſuis, ſubditorum ſuis principibus, nullum Deus inſtituerit ſacrificium quo horum aliquod inquireretur, inſtituit autem, vt crimen adulterij reuelaretur. Numquid Domine conſultius eſſet formam præſcribere, quâ coniuratio detegatur, quam tumultuarij quidam in rempublicam moliuntur, vel proditio, quam famuli in Domini ſui perniciem machinantur? Vlterius, ſi mandares vt qui hoc vidiſſet, ille crimen proderet, tranſeat; verum quod tu ille ſis, qui manifeſto miraculo in lucem, forumque proferas adulterium? Tu ergo proferendis in medium peccatis patras miracula? Illis aſſoles pallium tuæ iniicere miſericordiæ. Hinc tibi pateat quanti faciat Deus crimen hoc adulterij, quod adeo grande tamque malæ notæ æſtimat, vt velit illud omnimodè manifeſtari, ne eius cauſâ tota peſſum eat reſpublica.

1. 2. q. 105. a. 4. ad 9.

VII. Cur Deus voluerit adulteriũ manifeſtari.

Secundus hic erat effectus, vt puniretur adulterium, vnde tanti criminis reus infauſta ſubitò morte corruebat, vt dictum eſt. O magnum myſterium! Oblationes & ſacrificia teſte

VIII. Sacrificia aliis proſũt, adulteræ nocent.

D. Paulo in beneficium, & ſalutem offeruntur hominum: *Pro hominibus* vt per illa ſalutem, vitam, proſperos dies, remiſsionem criminum, fauſtaque omnia conſequantur. Attamen in damnum & ſuppliciũ, quis vlla vidit vmquam immolari? Hoc in peccato licebit attendere, Deum velle, vt quod omnibus eſt ſalutis remedium, adultero ſit mortis inſtrumentum vt ex hoc intelligas, quam hoc peccatum Deo ſit oppoſitum: *Nefas eſt & iniquitas maxima.*

### §. 12. *Semper ſe Deus oſtendit adulterio grauiter offenſum eo quod ipſe auctor ſit matrimonij.*

☞ 25 QVæres, quæ tantæ offenſæ cauſa? Cur Deus tam moleſtè fert adulterium, cum directe non illi contradicat, nec offendat ex oppoſito (a) ſed maritũ? Hęc eſt autem ratio, quod ille, qui matrimoniũ init cum altera fidẽ promittit non ſolũ illi cui cõiungitur, ſed principaliter ipſi Deo. Altercantur inter ſe duo viri nobiliores pacẽ cõponunt, & pręſẽte rege fœdera ſanciũt amicitię: rex enim illis hoc faciẽdũ imponit, ipſe eſt, qui propriá ſuâ regiâ perſoná amborũ iungit manus, qui nedũ ſibi mutuo pacẽ iurant ſeruandam, & amicos denuo futuros, ſed præcipuè ipſi regi hoc ſpondent præſtito inter manus eius iuramento, velut huius contractus auctore principali, quod ſi vnus alteri fidẽ frangat pacisque fœdera firmata, concluſa, & iurata tranſgrediens pugione aut gladio caput alteri tranſuerberet, quẽ precor offenderet? Certũ eſt, quòd multum nobilem illũ offenderet, quem tá grauiter percuſſiſſet; at multò longè grauiùs regem, cui fidẽ iuraſſet, manũq; dediſſet amicitiæ cuſtodiendę, ſed nec tantũ percuſſũ hæc ſpectat cauſa nobilem, quantum ipſum regem, qui quæri præcipit periurum. & de ſub terra foras educi & carceri mancipari, vt puniat adeo ſibi iniurioſum.

*(a) De derecho en derecho*

I. Quia Deus auctor eſt matrimonij, ideo eius violationem fert tam moleſte.

II. Similitudo.

Hoc eſt in matrimonio ſpectandum: eſt etenim fœdus, & contractus pacis, ac perpetuę fidelitatis inter virum & vxorem, & licet ipſi inter ſe verbo conueniant, fidem iurent, manus cõiungãt, & hic ſequeſtres interueniant, attamen principalis, Deus eſt, qui vtrumque coniungit: *Quos Deus coniunxit.* Ipſe eſt qui hoc celebrat matrimoniũ, qui hunc confirmat contractũ, cui verba promittuntur, quique illa recipit principalis. Quinimo ex hoc collegit Chriſtus indiſſolubile vinculũ eſſe matrimonij: quia nulla eſt in mundo poteſtas, quæ illud diſſoluat, qui enim illos coniunxit Deus eſt, & manifeſtũ eſt quòd nulla præſumet diſſoluere creatura, quod Deus facit, atque cõfirmauit: *Itaque*, ſic loquitur Chriſtus, *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Hinc ſequitur quotieſcumque vir vxori fidem fallit, grauiter licet eam offendat, multò tamen grauiùs ipſum Deum, qui tantum in ſe ſuſcipit punire flagitium.

*Matth. 19. 6.*

Hanc rationem per vatem Malachiam Deus propoſuit. Multos erat inuenire de populo Iſrael, qui cum non leui ſuarum præiudicio fœminarum ſe alienigenis indebitè coniunxerãt, vocat Dominus Prophetam illique mandat vociferetur: *Tranſgreſſus eſt Iuda, & abominatio facta eſt in Iſrael & in Ieruſalem.* Commiſſum eſt à populo meo ſcelus, quo tota mea lex penitus euertetur. Quod illis verbis indicatur, *Tranſgreſſus eſt Iuda.* Alij cum Vatablo legũt, *Perfida defecit Iuda.* Hanc nulla perfidiam poteſt ferre patientia. Propitiùs ſit mihi Deus, quis ille futurus caſus quem tantopere Deus extollit? *Quia contaminauit Iudas ſanctificationẽ Domini.* Quo verbo ſanctificationis Domini Vatablus intelligit, ex ipſorum ſenſu hebręorũ, matrimonij vinculũ, & vocatur *Sãctificatio Domini* quia ab ipſo Domino inſtitutũ fuit & cõfirmatũ in paradiſo, ipſe ſanctificauit illud, ipſe benedixit. O quàm moleſtè fert hoc Deus, inquit Propheta: *Diſperdet Dominus virũ, qui fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum* nobilẽ ſiue plebeiũ diuitẽ ſiue pauperem. Præterea & hoc audite loquitur Deus: *Et hoc rurſum feciſtis: operiebatis lachrymis altare Domini fletu & mugitu ita vt non reſpiciã vltra ad ſacrificiũ, nec accipiã placabile quid de manu veſtra,* q. d. quòd iſtis ſuas deſerentibus vxores illaſq; aggrauantibus, ipſæ ad altare Domini recurrebant flentes, mugientes & alto de pectore ſuſpiria producentes. His ita mouebatur Deus, vt diceret: adeſte proditores, cũ tãtis vxores veſtras opprimeretis iniurijs, eas obligaſtis, vt ad me querulosæ recurrerent: tales autẽ tantæque fuerunt earũ lachrymę, vt altare ipſum operirẽt, ita vt dũ vos accederetis mihi ſacrificia ſtaturi, viderim ibi veſtrarũ lachrymas vxorũ iniuſtè quas oppreſsiſtis & iuſtè lamentantium, quibus ita cõmoueor vt non ſolũ veſtra non rependam ſacrificia beneficijs, imo potiùs horrendis veſtra puniam delicta ſupplicijs, hos audit populus Dei ſermones, & licet grauiter eum ſentiat ſtomachatum, audet tamen obijcere: Domine cur

III. Matrimonium dicitur ſãctificatio Domini.

*Malac. 2. 11.*

IV. Malachiæ audit Deus.

ita

ita ſtomacharis ego ſi offendam, coniugem meā offendo, mihique noceo. Quæ igitur ratio, cur hoc tam feras impatienter? *Et dixiſtis: quam ob cauſam.* Quid tibi Domine hoc in negotio nobiſcum cōmune? O te proditorem, ait Propheta, & hoc inquiris, magna ſubeſt ne dubites ratio: *Quia Dominus teſtificatus eſt inter te & vxorē pubertatis tuæ.* Deus eſt cui fidē in matrimonio iuraſti, Deus eſt, qui contractui teſtis adſtitit principalis: Deus eſt, qui vtriuſque manus coniunxit coniugis: Deus eſt, cui primario præſtitū eſt fidelitatis ſeruandæ iuramentum: quocirca ſi fides frangatur, Deus eſt qui primariò offenditur: Deus eſt ad quem primariò ſpectat, tuum punire periurium.

V. Adulterium Deo diſplicet quia coniuges Dei & eccleſię perſonas repræſentant. Eph. 5. 32. Eph. 5. 25.

Fuſius exponamus iniuriam quæ Deo per adulterium irrogatur. In matrimonio, quod vnum de ſeptem numeratur Eccleſiæ Sacramentis vt paulò poſt dicendum, vir vices & perſonam gerit Chriſti, mulier autem Eccleſiæ, quia Symbolum eſt & ſignum matrimonij ac nuptiarum, quas Chriſtus contraxit cum Eccleſiā: *Ego autem dico in Chriſto, & in eccleſia* & ſignificat indiſſolubile vinculum, quo Chriſtus & Eccleſia coniunguntur. Et in virtute huius vinculi Chriſtus Dominus fidem iurat Eccleſię perpetuam, & Eccleſia æquali correſpondentiâ ſtrictam Chriſto promittit perpetuæ fidelitatis obſeruantiam, quocirca monet Apoſtolus: *Viri diligite vxores, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam.* Maritus, qui vinculo matrimonij fidei contractus vxoris, illam per adulterium violat, in hoc violat, quod ſignificat indiſſolubile fidelitatis vinculum Chriſti Domini cum ſua Eccleſia. Quid ego cogitas mulierem patrare per adulterum fidei merito iuratæ fœdifragam? Hoc noueris, quòd in ſua probare velit infidelitate, Eccleſiam poſſe à iurata quoque fidelitate deficere, quam Chriſto debet ſponſo ſeruare legitimo. Et tu frater mi, adulter iuratæ fidei vxori tuæ tranſgreſſor, dum te criminis adulterij inquinas enormitate; ſcito quod, quantum eſt ex parte tua, probare velis quod Chriſtus quem in matrimonio, quod contraxiſti, repræſentas, deficiat à fidelitate, quam Eccleſiæ ſuæ promiſit in diuino illo matrimonio, quo ſponſus illi coniungitur. Quia eo modo quo matrimonium cum vxore tua, myſticum Chriſti præfert cum eccleſia connubium, ita quoque defectus fidelitatis debitæ vxori, & tuus, chariſsima ſoror, viro tuo debitæ, confirmare vult in adulterio quod committis, quantum eſt ex parte tua, quòd Chriſtus ſuæ poſsit frangere fidem Eccleſiæ, & Eccleſia Chriſto, quam in myſtico ſuo ſibi inuicem dederunt matrimonio. Hinc liquido patebit, quàm graue ſit in muliere ſtuprum: cum, quantum eſt ex parte ſua, in illo proteſtetur, Eccleſiam poſſe à data Saluatori deficere fidelitate. Notetur igitur, quàm atrociter offendat eccleſiam. Porro licet in muliere hinc grauitas oſtendatur adulterij, multò tamen euidentiùs extra omnem comparationem in marito conuincitur: cum in commiſſo à ſe adulterio præſignet, quòd Chriſtus, qui eſt ipſa fidelitas, illi poſsit deficere, quam ſuæ debet Eccleſiæ ſponſæ dilectæ ſui tranſgreſſor promiſsi, & deficere poſsit: *In his qui non mentiuntur.* Nunc ergo conſidera, ô ſcortator, quàm enorme ſit, quod committis adulterium, & quàm probroſa iniuria, qua Chriſtum afficis redemptorem. Pſ. 50. 6.

VI. Cur Dauid adulter dixerit, *Tibi ſoli peccaui.*

Nunc intelligimus illud Dauidis: *Tibi ſoli peccaui.* Numquid in Vriam coniugem peccauit? Numquid in Bethſabee quam violauit, peccauit? Numquid in populum, quem ſcandalizauit? vtique: Porrò loquitur de adulterio ſecundum illud quod per hoc iurata violatur matrimonij fidelitas, quod eſt velut figura matrimonij filij Dei cum humana natura & Chriſti cum Eccleſia, & ſicut in illa fidelitatis tranſgreſsione, ſignificatur, quod talis quoq; poſsit inueniri inter Eccleſiam & Chriſtum, & inter filium Dei & humanitatem, cum ſit iniuria facta Filio Dei, hac de cauſa dicit, *Tibi ſoli peccaui.* Similiter, quia in matrimonio Deus eſt, qui velut principalis interuenit & cui primariè fides iuratur, vt dici poſsit, quod contra ipſum ſolum ſit peccatum, ad illum ideo huius ſpectat criminis condignam ſumere vindictam.

§. 13. *Habet adulterium in lege Euangelica aliquid de ſacrilegio: quia matrimonium eſt ſacramentum in quo viuendum eſt vt ait D. Petrus* Secundum ſcientiam.

SI in lege naturæ, & ſcripta ob prædictam 26.
rationem tam graue erat adulterium, quid erit in lege gratiæ, vbi non tantum Deus eſt, qui hunc firmat contractum, ſed inſuper & ipſe matrimonium inſtituit vnū de ſeptē legis

legis Euangelicæ Sacramentum, & ſicut verum ac legitimum Sacramentum realiter dat & cauſat gratiam, à Chriſto Domino inſtitutum, vt ſignificet eiuſdem cum ſancta ſua Eccleſia matrimonium. Si prius matrimonium, contractus erat ſanctus & ſanctificatus, eò quòd Deus interueniret vt diximus, modo quale erit? Non enim tantummodo contractus eſt ſanctus & ſanctificatus, ſed etiam ſanctificans, inſtitutus primariò, vt maritus ipſam Chriſti, mulier verò S. Eccl. præferat perſonam. Aſſumpſit Chriſtus Eccleſiam in ſponſam, & quid per hoc intendit? Tu indica, quid per tuum intendas matrimonium. Generatio prætenditur filiorum, quibus veſtras relinquatis facultates. Hic dolor eſt grauiſsimus coniugum, quando filiis priuantur ſteriles, & hoc Abraham vehementer angebat, quando coniugatus & locolenter diues bonorum non habet heredem: etenim dum illi Deus magna ſe præſtiturum beneficia pollicetur, reſpondit. *Quid dabis mihi? mihi non dediſti ſemen, & ecce vernaculus meus heres meus erit.* Hoc ſupremus ille princeps, & rex cœleſtis intendebat; regnis pluribus dominabatur, & diuitias poſſidebat infinitas, filios expetebat, quibus hæc omnia partiretur eo animo ſociauit ſibi Eccleſiam, ex qua filios per baptiſmum generat tantorum bonorum heredes immortales: ô ſponſam Eccleſiam adeo ſanctam, adeo fidelem? ô quales generat filios quàm ſanctos quàm bonos? Tu marite Chriſti præfers perſonam, te namque voluit honorari, vt ſui te faceret figuram. Tu mulier ſanctam repræſentas Eccleſiam, vnde ſic vos alloquitur Apoſtolus *Viri diligite vxores ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam &c.* Quam debetis eſſe ſolliciti, vt filii veſtri omni morum probitate refulgeant, cunctaque veſtra negotia in omni ſanctitate diſponantur: Hoc interpretor intimaſſe Apoſtolum dum ait, *Cui voluerit nubat tantum in Domino.* Mulier, quæ libera eſt, nubat cui placuerit, tantummodo fiat in Domino. Communis expoſitio hæc eſt, quòd voluerit D. Paulus præſcribere, vt Chriſtiana, quæ voluerit nubere, hoc ea faciat conditione, vt cum homine nubat Chriſtiano: Non enim eſſet matrimonium, quod mulier Chriſtiana baptizata iniret cum infideli non baptizato: Hoc quippe eſt impedimentum, quod Eccleſia, vocat *Cultus diſparitas.* Hanc expoſitionem primus inuenit Tertull. quem ſecuti ſunt D. Hier. *a.* D. Auguſt. *b.* D. Thom. *c.* Porrò huic non contradicit alia D. Chryſoſt. *d.* quem imitatur Theophilactus, *e.* nec non Occumenius, imo & ipſe D. Amb. q. d. Apoſtolus. Mulier ſoluta nubat cuicumque ſederit, porrò ea conditione, vt pia ſit, munda & honeſta, quaſi quæ intelligat, quòd vir Chriſti, mulier autem perſonam referat Eccleſiæ. Nubat mulier viro, quaſi quæ perſonam referat Eccleſiæ cum Chriſto, & vir cum muliere quaſi qui referat perſonam Chriſti cum Eccleſia.

I. Adulteriũ in lege noua grauius eſt: quia matrimonium eſt ſacramentum.

*Gen 15.2*

II. Eadẽ eſt Chriſti eſt coniugibus intentio.

*Eph. 5. 25.*

*1. Cor. 7. 40.*

III. Quid ſit nubere in Dño.

*L. de Monog. ca. 7. & 11. & l. 5. contra.*

*Marc. 7. & l. ad uxo. cap. 2. a L. 2. contra lou. & Apl. ad Pam. b L. 1. & 2. de adulter. coniugi. c. 1. & 15. c In cap. 7. ad Corint. lib. 2. d Hi. 19. in 1. ad Corin. c In cap. 7. alia.*

Sæpe ſæpius ad memoriam reuocaui ſalubrem illam lectionem, quam ſanctus Raphael Tobiæ iuniori ſuo præſcripſerat adoptiuo: cum enim illi connubium ſuaderet cum Sara puella piiſsima, conſobrina ſua filia Raguelis patrui ſui, in cuius domo hoſpitabatur, adoleſcens autem ſubſiſteret ex caſu quodam ſiniſtro, qui contigerat illis omnibus, qui puellam hanc in coniugem aſſumpſerant, quos diabolus oppreſsit dum vellent conſummare matrimonium, & illos quidem non duos vel tres ſed ſeptem, quos ſucceſsiuè dæmon horrenda nimis morte præfocarat; Huic ſic Angelus, Audi me, precor, Tobia, & lectionem tibi prælegam in hac materia de matrimonio ſummè theologicam: *Audi me* (Tobia) *& oſtendam tibi, qui ſint, quibus preualere poteſt dæmonium.* Illi videlicet qui ſua ſic agunt matrimonia, vt ſuæ tantum ſatisfaciant libidini, & carnali placeant appetitui, qui nihil præter delicias ſectantur corporis ſicut equus & mulus cæteraque animalia; in illos habet Satanas poteſtatem. Illis verò, qui ea intentione nuptias celebrant, vt vitam ducant honeſtam in Dei famulatu, & oratione, qui eo animo filios deſiderant, vt plures in eis habeat Deus ſibi ſeruientes, & in quibus honorificetur, illis nunquam nocere non poteſt, aut damnum vllum inferre diabolus.

IV. Quibus cautes ſit piæ Saræ preces. *Tob. 6.*

Hanc habere debebant tunc intentionem, qui nubebant, quando matrimonium nondum in ſtatum erectum erat Sacramenti. Modo verò, ſic monet Apoſtolus, hoc fiat multò diligentiùs, *Nubat tantum in Domino.* Quæ libera eſt à lege viri, & nuptias prætendit, non contradico, fiat, verumtamen non de illis agat carnis tantummodo ſtudendo deliciis & affectibus ſatisfaciendo ſenſualibus: in ruinam enim animæ laberetur, poſſetque fieri, vt in illam haberet diabolus poteſtatem, illamque perderet. Grauior igitur iniuria Deo per matrimonium, *17.*

iniuritur

inuritur quando illud non tantâ ſuſcipitur reuerentiâ quantâ ſuſcipi meretur Sacramentum, à Chriſto inſtitutum, adeò ſpirituale, vt ex ſe virtutem habeat dandi vel augendi gratiam, quę donum eſt adeo præcellens, vt nos reddat filios Dei, & quò participes diuinę ſimus naturę.

V. Quid in matrimonio ſpectãdũ.

Non hoc principaliter ſpectandum, quòd talem aſſumens tibi in vxorem, tot aureorum millia ſis obtenturus, quæ ipſi in dotem obueniunt; nec quod tu Domina tali nubens nobili eius omniũ futura ſis Domina ſtatuum, & totius regni viro primario affinitate coniungenda. Reſpectus ſunt conſiderationes quos prudentiores maturè perpẽdunt, porro terreni ſunt & ſublunares. (a) Mentem erige, cœlos tranſcende, vbi Deus gloriæ ſuæ reſidet throno ſublimiori; *Nubat tantum in Domino.* Nube conſiderando, cum matrimonium ſit Sacramentum, quod ſi debitè illud tractaueris, dona recipies gratiarum diuina, dotesq; Spiritus: cũ ipſo Deo iungeris affinitate, quandam recipiens diuinæ ſuæ participationem naturæ, & cum ipſis Angelis, per eſſe gratiæ: nec non hunc ſuſcipiendo ſtatum, quædam fieri debet præclara viri & vxoris repræſentatio: Ille namque Chriſti Eccleſiæ ſponſi dilectiſſimi, ipſa verò Eccleſię ſanctę ſponſę Chriſti clariſſimæ debet referre perſonam. Sicut autẽ Chriſtus filios habet in Eccleſia per baptiſmum regeneratos, quos ſanctis dirigit legibus, cœleſtibus inſtruit moribus, & ceremoniis imbuit religioſis, quibus ſe diſponant vt filij legitimi cœleſtem conſequendo hereditatem, ita ſimiliter coniuges ſuos in Dei famulatu filios enutriant, eos in diuina lege plenius inſtruant ſuas illis hereditates opesq; delegando: hoc namque ſacra pręmonet Theologia: cum enim ſit matrimonium Sacramentum, illi conuenire oportet vt ſymbolum, *Sit & rei ſacræ ſignum*, & hoc quò prædiximus modo ſi vir Chriſtum, mulier repræſentet Eccleſiam.

(a) Vide ſis textu abaxo.

1. Pet. 3. 7

VI. Quid ſit cohabitare ſecũdũ ſciẽtiã.

His conformiter expendit D. Hieron. verba quædam Apoſtoli D. Petri myſterioſa, *Viri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam* Expende quæſo inquit D. Hier. hęc Apoſtoli verba profunda ſunt & diuinis plena documentis: *O verè vox digna Apoſtolo & petra Chriſti.* Docuerat D. Hi & hic maximus Eccleſiæ paſtor mulieres, quibus contra illas incedendum eſſet moribus, quâ videlicet modeſtia ac humilitate, viros vt capita ſua reuererentur: *Mulieres ſubditæ ſint viris ſuis &c. quarum non ſit extrinſecus capillatura &c. ſed qui abſconditus eſt cordis homo in incorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus qui eſt in conſpectu Dei locuples.* Statim tranſgreditur viros inſtructurus, qui capita ſunt in matrimonio, & duobus verbis deſcribit quidquid illis & ſcitu eſt, factuque neceſſarium: *Similiter viri cohabitantes ſecundũ ſcientiã* q. d. eodẽ modo & viros moneo vt ſuis cohabitent vxoribus *Secundum ſcientiam.* Quid iſto ſignificat? vt non agentis, ſicut animalia rationis expertia ſolo carnali ducta affectu, ſed ſicut homines doctrinâ imbuti Catholicâ, quâ ſapientes efficiuntur *Cohabitantes ſecundum ſcientiam.*

L. 1. cõtra Iouin. aliquantò longè à principio.

1. Pet 3 1.

Hæc verba ſic D. Hieronymus interpretatur. Viuant ſicut ſcientes quid Deus prætendat, qui matrimonium ad tam excellentem extulit gradum nouæ ſcilicet legis Sacramentum, quod & inſtituit vt cum illo, & per illud gratias & cœleſtia tribueret dona contrahentibus nec non in illis ſymbolum præmitteret, quo matrimonium Chriſti cum Eccleſia ſignaretur, & amor, quô illam cõplectitur, atque inter vtrumque cuſtodita fidelitas. En tibi quid pretendat Chriſtus Dominus noſter huius inſtitutione Sacramenti, nimirum inſtituere ſymbolum, ac ſignum ſui ſuæque Eccleſię: Sicut enim omnis mariti ſolicitudo in vxoris filiorumq; ſuorum tendit beneficium, & illis optat quidquid habet, operatur, & lucratur: ſimiliter & omnis Chriſti cura in hoc comprehenditur quòd beneficia negotietur Eccleſię, ac filiorũ, qui de illa & in illa renaſcuntur, quibus deſiderat tanta quanta bona poſſidet & diuitias, quantas lucratus eſt meruit, & aſſecutus eſt, quos & regnorum ſuorum ex aſſe heredis inſtituit.

VII. Quid Chriſtus per matrimoniũ prętẽdat.

28. VIII. Similitudo.

Ex hoc fundamento liquet quàm iniurioſus ſit nuptus ſine nupta ſi thori fidẽ violauerit. Si rex & Dominus noſter Chinenſibus proponere vellet regiæ ſuę perſonæ prototypon, nec non ſuæ rectitudinis iuſtitiæ, & quàm iuſtè blandèque ſubditos ſibi regat populos: in eum autem finem nobilem eligeret primarium illique magnificam domum extrueret apud Chinenſes, illiſque diceret ſi noſſe cupitis quâ ratione meo regam ſubditos, regnaque gubernem illum intuemini virum primarium etenim illum vobis propono velut mei prototypon ſingulare, & eo modo quo videritis quòd ſuam ille gubernet familiam ſibi ſubditam, ex hoc colligite eadem me ratione gubernare ſubditos: Porrò ſi vir ille principalis inter Chinenſes conſtitutus in quem oculos ſuos illi derigerent, familiares ſibi ſubditos durius exciperet,

fraudibus, techuis, mēdaciis, violētiis: & iniuſtitiit: nemo negat, quin hoc perquam grauiter rex acciperet, & ex ratione contra illum dolenter ſic expoſtularet: mortalium nequiſsime in tantum te promoui honoris gradum, vt te velut expreſſam mei ſtatuerim imaginem, & in tuis actionibus meas præferres actiones, & de tuo agendi modo meus à populo colligeretur; ſiccine ſibditos tibi gubernaſti? Quid Chinenſis obiciet, niſi, cum te illis velut mei propoſuerim Imaginem, quòd talis ego ſim qualem te eſſe conqueruntur, ſim ego mendax, impoſtor, ludificator, violentus & iniuſtus? Eo ipſo, quó tu mentiebaris, & me accuſabas, mendacem, tuis fraudibus oſtendebas, quantum in te erat, me habendum vt impoſtorem.

IX. Summè Chriſto iniurioſū eſt adulterium.

Hinc colligite coniuges, quàm non tolerandâ in lege noua contumelia Chriſtum efficiatis, dum debitam conſorti veſtræ fidem abiuratis. Fide credimus catholica quòd vos elegerit ſuá diuiná gratiá, & fauore ſingulari Deus, te ſponſamque tuam, in ſui & Eccleſiæ ſymbolum: vt per hoc quod inter ſponſam & ſponſum eorumque filios agitur, totus intelligat orbis id quod inter ipſum & Eccleſiam ſuoſque fideles filios intercurrit vt paulò ſuperius diximus, & Theologi declarant de Sacramentorum natura diſputantes, hanc ſupponentes ſententiam Principis Theologorum: *Omnia Sacramenta ſunt quedā fidei proteſtationes*. Et illam D. Dion. a. *Sacramenta ſunt quedā actiones hierarchicæ ordinatæ ad diuerſos affectus ſpirituales*, quos refert D. Thomas. b. & declarat. c. quod actus hierarchici ſint ex eodem D. Dion. d. *Purgare illuminare & perficere*: præſertim autem, quâ ratione hoc Sacramento conueniat matrimonii. Si tu vxorate in fide data ſponſæ ſcortator deficias, & verbum tuum quò illam tibi confirmaſti mendax transgrediaris, eo ipſo dicis quòd Chriſtus ſuæ mendax deſit Eccleſiæ, & promiſſum ſponſi, quod Eccleſiæ ſpopondit, non ſeruet infidelis, quam oretenus tantummodo diligens, cor habeat ad aliam congregationem cum quâ verſatur, conuerſum. Si tu coniungata datam marito fidem fallas adultera, eo ipſo proteſtaris, ac repræſentas, quòd Eccleſia legitimo ſuo ſponſo Chriſto ville ſcortam imponat, quem verbotenus diligens, alteri cor ſuum lupa tradiderit.

D. Tho. 3 p. q. 72. a. 5. ad 2.

X. Tres effectus Sacramentorum.

a Lib. de Eccli. hierarchiâ c. 15. p. 1.

b In 4. diſt. 7. q. 1. in corp.

c p. 1 q. 108.

d Cap. 4. diſt. 2. q. 2. art. 1.

XI. Adulterium quâ ratione

Hinc oritur, quod aliqui dicunt ſcilicet quòd huius ratione repræſentationis, adulterium habeat neſcio quam horrendi ſacrilegij ſpeciem. Hoc vobis identidem ô coniuges conſiderandū, vt quid ſit muneris veſtri intelligatis, & hæc eſt illa ſcientia de qua D. Petr. *Cohabitantes iuxta ſcientiam*. Huc ſpectat (vt opinior) doctrina D. Pauli, quam die Iouis præterito, declarauimus, qui ad magnum cōiungum ſolamen, dicit, quòd ſaluabuntur non ſolum illi, qui in matrimonio votum emittunt continentiæ, prout vidimus in D. Alexio, D. Eduardo, D. Iuliano & aliis, ſed etiā illi, qui filijs ſtudent procreandis, ſi premāſerint in fide: *Saluabitur per filiorum generationē ſi per manſerit in fide*. Quid iudicas Apoſtole? iuxta illud quotquot ſunt in hac ciuitate coniugati, & in Eccleſia Romana ſaluabuntur? Quia omnes in fide conſtantes permanent catholica. Non loquitur Apoſtolus de ſola iſta fide, ſed de ea quæ huic propria eſt Sacramento matrimonij; complendo & illi ſatisfaciendo, quod ipſa docet, nimirum quòd in viro & vxore quos vident oculi, & in iſto contractu viſibili, fides Catholica videt in viro Chriſtum, & in vxore Eccleſiam, intelligendo quòd tales debent repræſentare perſonas, & talium vitam imitari. Attende coniux tum Chriſti præferas perſonam, num eſſe te ſanctum & moribus caſtum coram Deo adlabores, num eius gloriam ſectaris, num totis coneris viribus, vt vxor tua ſancta ſit, tuique filij ſerui Dei, & vitam agant Chriſtianam:

fidelium legum.

1. Tim. 2. 15.

XII. Per ... fide ſaluatur coniugi...

Hoc ſuppoſitó perpende maiorem partem & ſingularem locum, quem Chriſtus in hoc ſtatu obtinet matrimonij. Vtinam quotieſcumque te diabolus, coniugate ſollicitat aut caro tua pellicit, vt mulierem inuadas alienam, hoc mente reuolueres ſedula, quòd eo animo, te fecerit, vt in ſtatu matrimonij, Chriſti præferres imaginem & quantum in te eſt, illum reddas infidelem, ſuæque ſponſæ fœdifragum, tu vxori tuæ periurus & hac conſideratione in huius permaneres fide Sacramenti. *Si permanſerit in fide*. vtinam tu viro nupta, quādo te alter allicit, vel accedit tertia, & tibi perſuadet, vt proditorium contra virum tuum, eiuſque honorem facinus aggrediaris, firma conſtanſque in tui perſiſteres fide Sacramenti, conſiderans quòd perſonam preferat Eccleſiæ illiq; ſis ſummoperè iniuria, in quantum ſponſo tuo periura meretrix, fateris quòd ipſa ſponſo Chriſto ſit fallax adultera. Semper hæc in fide conſtans ambula, hæc tibi ob oculos perpetuò verſentur, hæc ſedulò meditare, cuius hoc in actu perſonam viceſque reſentes.

19. ...

XIII. Exhort... demo... iugalis.

Ex his capere licet, quòd ratio illa, quam paulo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſo ante perpendimus, cur Deus tam iniquo animo ferat adulterium maiorem vim habeat, & efficaciam in lege Evangelica Dicebamus Deum olim grauiter offendi, eo quòd ipſe ſit, cui principaliter fidem & verba iurant contrahentes fidelitatis, & ipſe qui manus amborum iungit, & contractum confirmat matrimonij de quo dicitur. *Quod Deus coniunxit*. Vnde illi contumelia irrogatur principalis, quando data fides, verbumque violatur. Hoc tantò amplius in lege conſideratur Evangelica, quia in illa ipſe eſt, qui principaliter interuenit, cùm matrimonium ſit Sacramentum, & ex noua nouimus Theologia, quod, qui velut cauſa & agens principale in operibus concurrit Sacramentorũ, Chriſtus eſt. Verum eſt quod paſtor baptizet puerulum attamen eſt velut miniſter Chriſti, quia qui principalis hic eſt efficiens, Chriſtus eſt & quotieſcũque videris hunc aut alterum baptizantẽ (docet D. Aug. ſemper vt fundamentum fidei ſolidum hæc D. Ioan, eſt tenenda de Chriſto propoſitio: *Hic eſt qui baptizat. Baptizet Petrus hic eſt qui baptizat Baptiz et & Paulus, hic eſt qui baptizat* Abſoluit te Harochus, verum eſt quod ipſe te abſoluat, & ipſe veraciter dicat. *Ego te abſoluo*. Verumtamen eſt ſicut miniſter, quem autem hic debes conſiderare, qui realiter & verè ſit agens principale & qui principaliter, nec non propria abſoluit auctoritate. Chriſtus eſt. Hoc etenim docuit & voluit D. Paules fide firma eſſe tenendũ dicens: *Si quid donaui propter vos in perſona Chriſti donaui*. Hoc ipſum intellige in ſacerdote, celebrante ac conſecrante, & incruentum offerente ſacrificium: licet enim ipſe veraceter hoc perficiat, locum nihilominus obtinet miniſtri & cauſæ ſecundæ: prima namque quæ operatur Chriſtus eſt, qui ibi concurrit, vt agens & ſacerdos principalis. Idem de matrimonio ſentiendum, quia cum verè ſit nouæ legis Sacramentum à Chriſto inſtitutum, & ad tam ineffabilem erectum dignitatem, remanet Chriſtus & eſt principalis agens, qui huic interuenit operi efficitque Sacramentum. Quod ſi ipſi contrahentes vel paſtor (quod modo in quæſtionem non vertimus) ſint miniſtri, qui hunc ineunt contractũ, & mutuo verbis promittunt, manuſque conſignant, ibi tamen realiter & verè Chriſtus interuenit vt auctor & cauſa principalis, qui hæc verba, iuramenta, fideiq; ſuſcipiens promiſſiones, huius Sacramenti operatur effectus, multiplices & eminẽtes, quos in te ſentires ſi te illis recipiendis debitè præparares. Hinc remedium collige prorſus admirabile, quô te perfectè à peccato poſſis præſeruare adulterij. Recordare cui fidem promiſeris & quem repræſentas.

XIV. Chriſtus in matrimonia eſt principalis operans D. AVGVS. Tract. 6. in Ioan ante medium. Tõ. 9. ioan. 1.

2 Cor. 2. 10.

30. Expendit D. Ambr. facinus Iudith viduæ, dum animo concipit ad tentorium accedere Holofernis, & ad caſtra proficiſci Aſſyriorum, vt intentũ exequeretur ſtratagema prorſus heroicum: nam poſt ſeueram pœnitentiam & dura cilicia, tunicas & veſtes exuit viduitatis, aſſumpſit autem mundum muliebrem, veſteſque preſioſas, quas primùm nouas induerat quando cum viro ſuo Manaſſe nuptias celebrarat quibus ornata velut ſol refolſit venuſtiſſima. Sic intelligit D. Ambr. illud, *Induit ſe veſtimentis iucunditatis ſuæ*. Et ſatis declarant alij textus præſertim Vatabli. Percunctatur D. Ambroſ. Domina, cum tibi ſit mens inter milites conuerſari diſſolucos duceſque libidinoſos, & tales qualem nouimus Holofernem cur veſtes aſſumis cultiores? numquid non hoc eſt illos ardentiùs prouocare, & concupiſcentiæ flammas fortiùs irritare? Nũquid hoc non eſt tuæ pudicitiæ augere periculũ? Imo potius reſpondet Ambr. hoc ipſo pudicitia eius redditur ſecurior. Mortuus erat ab annis pluribus, vir eius, porro cenſuit illa nihil efficaciùs illam poſſe in caſtitate & fidelitate cõtinere incorruptibilem, quàm cogitare, quod ille viueret, cui ſe tradiderat, cui nupſerat, & coram Deo verba dederat ſeruandæ fidelitatis: in huius autem memoriam, vtque coniugem ſuis haberet præ oculis, iiſdem induitur veſtimentis, quæ ſibi confecerat dum illi nuberet, & quibus illo ſuperſtite frequentiùs ornabatur Hoc eſt *Veſtimẽtis iucunditatis ſuæ*, q. d. Si meus maritus videret, ſtuprone conſentirem? Mihi igitur perſuadeo, quod adeſſet mihi, & veſtes illæ quibus illi ſummoperè placebam, dum viueret, illum mihi reddent continuò præſentem: *Benè coniugales pugnatura reſumpſit ornatus: quia monumenta coniugij, arma ſunt caſtitatis*.

Iudith 10. 3.

XV. Cur Iudith adituris Holofernem veſtimẽta ſumpſerit iucunditatis.

D. AMB. Li. de viduis. T. 4.

Quid talis ageret mulier viro ſuperſtite ſi realiter illum haberet præ oculis? Et quid egiſſet ſi ſub lege vixiſſet gratiæ; ſub quâ per Dei miſericordiam viuimus, ſi præ oculis ipſum Chriſtum habuiſſet velut in iſto contractu ſponſum primarium repræſentatum? Quomodo vel vnam habuiſſet cogitationem adulterij committendi? Vtinam hæc vos Domini, Dominæq; ſtudioſè conſideraretis? Vtinam non vos permitteretis impudiciâ veſtrâ excæcari paſſione, currentes velut equus effrænis & indomitus, ſed

illud animo reuolueretis: quid ago? Quem offendo? Congruè dixit Iob, vt ſuperiùs expendimus: *Deceptum eſt cor meum*, vos cordis cæcitas obtenebrauit, Tandē verbis illis ſirmam hoc Salomonis: *Fouea profunda os alienæ, cui iratus eſt Dominus incidet in eam.* Quàm tibi complaces, quòd talem obtinueris, & ad tuam perduxeris ganeo voluntatem? Quàm præ gaudio ſubſilis, quòd pro libidine tua acceſſum habueris? O te malè fortunatum, ait Salomon, caue, tibi Dominus iratus eſt, & perdere te vult, cum in tam profundum permiſerit te labi puteum. Tale peccatū quale Phariſæi & Scribæ crediderunt in fonte miſericordiæ miſericordiam non inuenturum: idcircò cauſam hanc producunt, & manibus tradunt Chriſti finiendam. Prædicabat hic nouam miſericordiæ, & amoris legem, veteris autē legis rigorem temperabat, aduocabat peccatores ſcelera omnia remittebat; modo videamus, conſpirant illi, quid ſit acturus: illi peccatum profeтamus quod impoſſibile ſit ipſe condonet, cum adeo graue ſit, & in lege tam ſtrictè punitum, quo quàm plurimum miſericordiæ derogabitur prædicationi.

Prou. 22. 14.

XVI. Adulterium ſignum reprobationis.

## §. 14. Præcepit nobis Moyſes lapidare.

*Fortis eſt, ſi velit, mulier & iuſtum eſt vt ſeuerius, ſi ſit inhoneſta, puniatur.*

☞ 31. OBiiciunt illi mulierem Redemptori, quam inſimulant: *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio in lege autem Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare.* Nimium ſapit, ni fallor, rigorem, ſi mulier adultera lapidetur; porro ſi ſcortator lapidetur ex ratione eſt, quia vir eſt, & mulier tum fortitudine, tum ſapientiā præſtantior, mulier autē infirma, mollis, & re qualibet mobilis, à quocūque ſeducitur. Rationi tamen eſt conſentaneū: licet enim mulier infirma ſit, nulla tamen adeo debilis, quæ vires ad id quod prætendit, non habeat fortiſſimas. Trutinat D. Aug. mulieris primæ formationem, quam Deus formauit ablatā vnā caſtā ex corpore Adæ, & de hac illam ædificauit viraginem, ipſi vero Adæ pro ea quam tulerat coſta, carnem ſubſtituit. *Et repleuit carnem pro ea.* Quid hoc Domine, cum ſit mulier adeo debilis (quærit D. Aug.) non poſſes illam formare de fruſto carnis Adæ? Et modo cum illud volueris, quandoquidem vir robuſtus eſſe debeat cur vnam illi defrigiſ coſtam, nec aliam ſupponis, ſed pro ea repleſ carnem? Præclara hic D. Aug. notat myſteria; porrò quod ſtatim omnibus occurrit, & manifeſtum eſt (a) ſit illud, vt intelligas primum nullum eſſe virum adeo virum, adeo fortem, adeo oſſeam, qui non aliqua laboret carne molli, debili, & infirmitate. Hinc metus oritur ſanctorū quos maximè à fortitudine laudamus, & cauſa patet, cur tantoperè ſe periculis timidi ſubduxerint quandoquidem nullus ſit, qui non aliquid habeat de carnis infirmitate.

I. Cur mulier ex Adæ coſta formata.

Gen. 2. 21

II.

Deinde vt intelligas ſecundò: nullam eſſe mulierem adeo mollem & flaccidam, quæ non poſſit, cum Dei adiutorio, eſſe fortiſſima, vt pollens viribus cunctas mundi, diaboli, carniſque ſuperet poteſtates. Intuere virginem duodenem ſanctam Agnetem, cuius caſtitas tam grauem à filio præfecti Romani ſuſtinuit moleſtiam. D. mirare Ceciliam adeo magnanimè vt Valerianum, ſponſum ſuum, & Tiburtiū fratrē eius pudicitiæ reddiderit amatores. D. autem Chryſoſt. harum virginū admiratus conſtantiā, ſe ipſum & amicum ſuum Eutropium acriter his verbis excitabat: *Ingreſſa eſt puella, ætate tenera annis immatura & inuenta eſt ferro fortior, cum latera eius ſcinderet fidē tamen eius mouere non poſſet. Frequeter in tormētis caro defecit & robur fidei nō defecit. Conſumptū eſt corpus & mens nō potuit ſuperari Interiit ſubſtātia, & perſtitit patientia.* Sanctorū matrē ſuſpice Machabæorū, cuius robur pectoris, tota imperatoris Antiochi feritas, nec ad punctum quidem valuit inclinare, quinimo hic omnibus fortior, oculis ſpectat aridis ſeptem tormenta filiorum, quā de cauſa eam D. Chryſoſtom. vocat ſepties martyrem, & celeberrimi Doctores Eccleſiæ tam Græcæ quàm latinæ linguis omnibus mulieris adeo fortis celebrant dignè præconium. Ob mentis oculos tibi ſtatue Felicitatem, cui cor erat adeo maſculum, vt eadem animi conſtantiā ſeptem filios ſuos tyrannica feritate immobilis videret enecari, cum ipſa martyr in eorum quolibet martyrium ſubiret: teſte D. Greg. hic ſimiles numerantur innumeræ. Vnde cum mille virgines licet in medium producere, quæ vitam, ne perderent inuitæ caſtitatem, libentiſſimè perdiderunt. Suſanna ſit tibi exemplo, quàm conſtans, ipſaque morte fortior?

III.

D. Greg.

Rariſſimum vobis ex D. Hieronymo proponitur exemplum, quod cum adeo ſit illuſtre, decreuit ipſe integrum conſcribere tractatum, de

mulìere

IV. Rerum exemplũ fortitudinis in fœmina.

mulierē ſepties icta, proteſtatos hoc illi eſſe adeo iucundum, vt proponat omnem huic narrando impendere Rhetoris eloquentiam, ſicut & facit. Caſus hic contigit Vercellis, vbi mulier coniugata falsò in crimen vocabatur adulterij cum adoleſcente commiſsi, comprehenduntur, in vincula coniiciuntur, cruciatibus adeo moleſtis exercentur, vt ipſe iuuenis oſtenderet ſibi carnem eſſe infirmam, & magis tormenta, quàm Deum formidare. Fatetur igitur ipſe crimen commiſſum, numquam commiſſum: quocirca continuò mortis in eum fertur ſententia. Hac extorta confeſsione, contra mulierem commiſsi criminis aucta probatio. Iterum torturæ ſubiicitur, at crimen negat conſtantiſsimè! cumque omnes acclamarent, vt commiſſum à ſe fateretur, quò citius tormentis eripiatur, hoc vnicum agit, conuerſa ad Chriſtum cum in hæc verba triſtis alloquitur: *Tu es teſtis meus Domine Ieſu cui occultum nihil eſt, qui es ſcrutator renum & cordis, non ideo me negare velle ne paream, ſed ideo mentiri nolle, ne peccem.* Præcipit Iudex cruciatibus addantur cruciatus. Colligantur ad palum capilli capitis, extenditur in equuleo, pedibus ignis admouetur; ſtat illa inſtar æris tormenta deſpiciens, hoc ſumit pro leuamine, quod oculos cœlum verſùs dirigat. Inſtigant omnes tortorem, exerceat illam acerbiùs: *Vna vox erat: cæde Vre, lacera.* Huius autem hæc erat, crimen non admiſi. Grauiter irritatur iudex, contumacem arbitratus hanc eſſe pertinaciam, nolle confiteri, quod ſibi adeo videbatur manifeſtum; vnde ſic ait: quid moramur? Numquid mulier hæc Deum, Imperatorem, iudicem, iuſtitiam, totumque mundum inconfeſſa deridebit? Morte moriatur, huic ſufficiens eſt criminis probatio: Mortis igitur contra innoxiam pronuntiatur edictum, & quantocyus ipſa & adoleſcens ad ſupplicium capite plectendi rapiuntur. Totus accurrit mundus huius ſpectaculi ſpectator, iam omnia ſententiæ parantur executioni. Qui iuuenis ille? *Ad primum ictum amputatur gladio caput, truncumque in ſuo ſanguine voluitur cadauer.*

☞ 31 Accedit innocens mulier capite mulctanda, genua flectit, colli nuda ferienda proponit, oculis apertis carnificem videt, brachium attollentem, perſtringunt oculos machæræ radij fulgentes, illa tamen ſolis inſtar, perſtat alacrior. Tantò quantò poteſt impetu librat carniſex ictum, & limato gladio collum ferit tenerum niueque candidus, at quaſi à percuſſo reſilit ictus adamante. Ictum reperit & percutere videtur duriſsimam petram. Irritatus carnifex veſtem in humeros reiicit, vireſque recolligit brachij, & ecce decidit illi de veſte fibula aurea, nec aduertit: totus enim intentus erat percuſsioni: verum illa paululum ſe demittit, fibulam colligit, reddit carnifici, quem ſic affatur. *En tibi ex humero aurum ruit, collige ne pereat.* Quanta fortitudo, quanta feminæ ſecuritas? Mortem illi intentant, & ad carnificis ictus alacris non expaueſcit: tremit ipſe, & irritatur, ipſa verò velut ſtella fulgens irridiat, acié gladij oculi minimè exhorreſcunt, quem collo ſuo videt crudeliter irruentem, aureum colligit harpaginem eius, qui illam occidit, nedum maximum ſui damnum non exhorreſcit, ſed & de paruo reparando ſollicita eſt alieno. Iterum iterumque percutit, nec maiorem vim habet ictus priore poſterior. Sic ſepties recurrit, & ſepties percutit, quo viſo miraculo, limatum ſcilicet non potuiſſe gladium, parum eſt collum, ſed nec cutem lædere condemnatæ, cenſuerunt omnes mulierem ſanctam & criminis innocentem, quam publica voce innoxiam omnes acclamarunt. Hæc eſt, ita hæc eſt inuicta mulieris fortitudo, & eo quidem caſu, quò vir alioquin robuſtus, animo concidens, expaueſcit.

V. Aliud D. Euphraſię. L. 7. hiſt. c. 12. vide Bar. in Martyro 13. Martij.

Ad hæc factum conſideremus & admiremur S. Virginis Euphaſiæ Nicomedienſis, quod refert Nicephorus Callixtus quæ nolens idolis thus adolere, negarque Chriſtum, ſententiam accepit illius pœnæ virginibus adeo terribilis, vt ad lupanar violanda duceretur: hic cum detineretur, adoleſcens acceſsit illi virginitatis florem erepturus, quem vt illa conſpexit, ſic alloquitur ô iuuenum nobiliſsime noui vita tuâ tibi nihil eſſe carius, mihi crede, ſi me non tactam demiſeris, vnguentum tibi rependam adeo pretioſum, tantæque virtutis ad vitæ conſeruationem, vt illo perunctus, tibi nocere non poſsit gladius licet exacutus, nec lancea transfodiens nec ſagitta, quæ poteſt vi maxima contorta: hoc perunctus abſque vllo poteris periculo medias bellantium acies peruadere, & integras hoſtios aggredi phalanges incolumis. Perplacet, inquit ille, ſi hoc mihi dederis vnguentum, & huius, quam dicis virtutis capiatur experientia. Et ego ait illa conſentio vt verò noueris, quàm ego de



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc ſim ſecura, in me capies ſi libet experientiam. Ceræ modicum, & olei mihi præpara: conuolat adoleſcens, illa hæc inter ſe permiſcet, & componit vnguentum. En tibi illud; prius in me huius ſumatur experientia, confert adoleſcens limatum gladium vt virtutem vnguenti diſcat experimento. Virgo ſibi collum, ſibique guttur perungit, aitque: nunc igitur, quâ potes, manu percute fortiori. Nihil trepidans, facit adoleſcens, & caput à collo diſſecat. Quid agis Virgo prudentiſſima? Imo, quia talis eſt, hoc agit, quod agit. Primũ offere vult caput & vitæ potius, quàm virginitatis & fidei in Chriſtũ pati naufragiũ. Non enim aliud ſibi videbat adeſſe remediũ. Vel perdẽdia mihi eſt puritas, quã Chriſto cõſecratã obtuli, vel caput & vita: pereat hęc, eſt etenim minoris dãni, & perditionis inferioris, iuſtum quippe eſt malum minus eligere, quô mai s ſecuriùs euitetur. Mirare fortitudinẽ, & animũ inconcuſſũ, vt nec vitã exponere pro caſtitate dubitauerit. Huic annecte facinus beatæ Agnetis, tredecim annorũ puellæ, quæ corã carnifice flectẽ capite punienda, ipſum terrefecit carnificem: tremebat enim, & armatus licet gladio, ictũ tamẽ dare formidabat. interim puella intrepida, ſibique cõſtans, quaſi de rebus ageretur ſibi gratiſſimis. Sicut eius martyriũ eleganter expendit, vt alibi diximus D. Ambroſ. qui ſimiliter luculenter probat Chriſtianorum excellentiam longè præcurrere eam, de qua tantoperè gentilitas profana gloriabatur, & in ſuis Philoſophias deprædicabat, quæ particulariter magnanimitatem, dictumque celebrabat Philoſophi Calani quò reſpondit Alexandro magno: Philoſophorum poteris cremare corpora, at pectoris robur non poteris eneruare. Notat D. Ambr. *Præclara hæc fuiſſe verba, ſed verba*: nec ad opera peruenisse; porrò inter nos non in ſolis verbis conſiſtit ſumma fortitudinis, ſed ad opera tranſgreditur, & hoc nedum in viris barbatis, & corporis robore præſtantibus, ſed etiam in puellis & iunioribus & tenerioribus, cuius confirmationem, & huius Agnetis, aliarumque producit exempla: *Apud nos autem & puellæ de mortis appetentia ſublimes vſque ad cœlũ erexere virtutum gradus. Quid Theclam quid Agnem, quid Pelagiam loquar, quæ tamquam nobilia vitæ lumina pullulantes ad mortem (quaſi ad immortalitatem) feſtinauerunt? Inter leones virgo exultauit, & prædeuntes beſtias expectauit intrepida.*

VI. Puellarũ Chriſtianarũ fortitudo extollitur.

D. AMB.

D. AMB. Li. 2. Ep. 7. To. 4.

Quis verbis explicet ſanctorũ fortitudinẽ feminarum, quas nobis S. Scriptura proponit admirandas? Quis animus formoſæ Iahel, quæ nil metuens clauo ducis Siſaræ ſæuiſſimi tempora terebrauit, quo ex vulnere corruit interemptus? Quale pectus mulieris inuictæ Debboræ, de qua ex induſtria D. Hieronymus perdoctum edidit tractatũ: hæc enim, cum Dei populos ad hoſtiũ ſuorum paueret occurſum, anteſignana in acie ſtetit, cunctoſque vſque ad internecionem deleuit mulier fortiſſima? Quis ſtratagema tale poſſit imaginari, quale virago illa Iudith eſt aggreſſa, perpetua feminarum gloria, quæ vnica comitata pediſſequâ totum tentauit euertere exercitum Aſſyriorum adeo numeroſum, vt illi ſe totus libenter mundus ſubderet, & dextro marte, fauſtoque omine victrix in ciuitatem regrederetur? Nolim exempla proferre gentilium, quæ ad prodigium enarrantur. Voſipſas, Dominæ, conſiderate. Faueat mihi Deus ſi quidquam femina deſideret, arduum licet ſit, mille periculis expoſitum quàm illa petitat intrepida? Quis illi animus, quæ præſumptio? Quas non molitur machinas? Quos non mouet lapides? Quibus ſe periculis exponit, quibus omnes collecti viri viribus languitudi ſe ſubducerent? Vires tibi ſunt, ſi volueris, diuinâ roborata gratia. Si lapſa fueris, tibi imputandum, & vt fortis, iuſtum eſt lapidibus impudica præfoceris.

VII. Mulier ſumma præſumit.

Enucleat D. Gregor. Nyſſen. illa verba Domini, cum iam hominem crearet: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã.* In quæſtionem verret, an mulier ſimiliter vt vir facta ſit, ad imaginem Dei, cum Scriptura, hoc non referat, nec ad eius formationem dixerit Deus *Faciamus mulierem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram?* Verumtamen nulla hic nos premit difficultas (reſpondet D. Greg.) quandoquidem, quoad animam, in qua homo Dei refert imaginem, mulier eiuſdem ſit naturæ & conditionis, proinde tam Dei capax quam vir & virtutum diuinæque gratiæ: *Et mulier perinde atque vir ad imaginem Dei facta eſt, eundem honorem habent amba natura: pares virtutes, eadem certamina, idem iudicium.* Si mihi obieceris: mulier infirma eſt reſpondeo, quoad carnem, concedo: quoad ſpiritum, nego: *Ne dixeris: ſum imbecilla: imbecilitas in carne eſt, in animo autem vis ac robur*: Particulari autem conſilio (loquitur præfatus auctor) diuina ſapientia carnis mulieri dedit infirmitatem, cum enim ex ſe ſuperba ſit illã habere conueniebat in ſe principiũ humiliationis.

VIII.

IX.

D. GRE. humilitatis: *Non temerè mulieri data eſt millitu-*
*do,ſed vt ad humilitatē facilior ſit ad miſericor-*
*diamq; propenſior.* In iis autem quę corporis vi-
res requirunt, habere poteſt non minores quàm
vir robuſtiſsimus, imo fortiores aliquando in
mulieribus illas inuenimus: *In rebus autem quæ*
*fortitudinem poſtulant robuſta eſt in vigilijs, in*
*laboribus conſtans. Quando poteſt hominis natu-*
*ra cum feminæ fortiter vitam agentis natura*
*contendere? Quando poteſt homo firmam mu-*
*lierum in ieiunijs continentiam imitare? Quando*
*poteſt æquare ſedulum in precationibus ſtudium?*
*Piam ad lachrimandum propenſionem, & pro-*
*nam ad bene merendum facilitatem?* Ad huius
confirmationem, eius adducit exemplum, quam
probè nouerat.

§. 15. *Sequuntur illi iniuſtam mundi conſue-*
*tudinem, adulteras, & non adulteros con*
*damnantes.*

☞ 33. ADducunt mulierem. Familiaris eſt hæc
queſtio: quid factū de adultero? Mani-
Epiſt ad feſtū eſt (inquit D. Hier.) ſi fuerit adul-
Innocētiū terium, duos interueniſſe. Dicunt aliqui quàm
1. primum tumultum percepit indagantium fugit,
Fugiunt aut ex diligentia, aut ex aſtutia, aut armis ſe
adulteri defendit, & exſilit, erupit euaſit, miſeram de-
adulterā ſerens ſatellitum manibus capiendam. Loquitur
deſerētes de ſcortatore Iob, aitque: hęc tota eius fiducia
Iob. 24. eſt, non videbor non capiat: porro ſi periculum
18. immineat, tantâ feſtinus fugit diligentiâ, vt ſu-
per aquas ambulare videatur: *Leuis eſt ſuper fa-*
*ciem aquæ.* Declarant hoc aliqui, quod ſit velut
nauis, quæ tanta velocitate aquæ ſuperficiem
percurrit, vt ventos aſſequi videatur. Alij verò
q.d. quando detegitur, fugit, & tam feſtinè ſe
proripit, vt pedes ſuos in terra non defigat qua-
ſi qui ſuper aquas graderetur: eſtque hoc tam
frequens, vt ſeniores illi Suſannę geneones hāc
obtenderint rationem quòd adulterum, quem
dicebant cum ipſa reperiſſe, captiuum non ad-
Dan. 13. duxerint: *Illum quidem non quiuimus compre-*
39. *hendere quia fortior nobis erat, & apertis oſtiis*
*exiliuit.*
Epiſt. 48. Hinc cōgruè D. Hier. improperat Sabiniano
ad Sabi- commiſſum Romæ ſtuprum, pariter ſuam di-
nianum ligentiam, quâ volens illud patrare ſe præmu-
Dacianū. niuit: primum attendens, quâ ſibi poſſet fugâ
conſolere, ſi forſan ab aliis quæreretur ſicut re-
uera contigit, etenim iuſtitiæ apparitores, dum
crimen diligenter inueſtigant, ipſe per ſecreta
quædam auia clanculum præparatâ fugâ ſaluus
euaſit, deſerens adulteram iuſtitiæ manibus ap-
prehenſam: *Per quoſdam cuniculos, dum illa*
*teneretur erupit.* Hæc eſt illa merces, quam vo-
bis rependunt, heu infeliciſsimæ: licet enim
millia vobis dent verba dilectionis, quod vitâ
ſuâ vos habeant chariores quòd facient, hæc &
illa, quòd morientur veſtri gratiâ & centum ſi
haberent vitas exponerent, verè verba dant,
cum ad exortum vel minimum vitæ periculum
vos luto defixas irrideant, quod ſolæ calcare
debeatis: quinimo & vobis omnem adſcribent
culpam, dicentes; vos me prouocaſtis, me vos
aduocaſtis.
Exemplo tibi ſit (inquit Diuus Bernardus) Serm. 2.
primæua Eua mulier. Quis blanditias expli de omni-
cet, quis lenimēta, quibus Adam vxorem Euam bus SS.
recreabat, quis promiſſa adeo ſingularia, qui-
bus eius excitabat animum? Videt illam iam
creatam & ilico in pulchritudinis eius excur-
rit encomium, abblanditur quod illam vt ſeip-
ſum amaret, quia de carne ſua & de oſsibus ſuis
formata ſurrexerat: promittit illi ſe eius gra-
tiâ libenter quidquid in mundo eſſet, relictu-
tum, etiam patrem aut matrem ſi illos haberet
progenitores: *Quamobrem relinquet homo pa-*
*trem tuum & matrem* &c. Mirare (monet Diuus Gen. 2. 24.
Bernardus) blanditias, mirare ſponſione: *Videa-* D. BER.
*mus nunc quantum diligit eam.* Sumpto iam ar- 11.
boris vetitæ fructu, aduolat Deus, vt index ſu- Adam in
premus contra reum expoſtulaturus. Confeſtim Euā reii-
in fugam ſe abripit & abſcondit: tandem à Deo cit culpā.
inuentos, quem nihil poteſt fugere nihil latere,
& ab eo de tranſgreſſo præcepto reprehenſus,
ſupplicium præcauens, reſpondet: Domine mi,
non mihi hoc imputetur, culpā admiſit mulier,
illa mihi perſuaſit, illa prouocauit, & cum illa
mei fuerit origo peccati, illa ſic ſuadet ęquitas,
totam luat malè ſuada pœnam: *Mulier quam* Gen. 3. 12.
*dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno.* Illane
ſunt ergo promiſſa, quæ ſponſæ confirmaſti? Il-
lane verba quæ iuraſti? Hęc quotidiana moueat
fabula riſum quot videmus quibus hæc quoti-
die contingunt? Ne inſipientium more tra-
ducamini, ne verbis fidatis, quibus vobis adu-
lantur, tandem vos ignominioſe deluſas deſe-
rent.
Opinantur alij, quod & ſic eſſe potuit, quod
adulter muneribus iuſtitiæ miniſtros corrupe-
rit, quibus cum ſingulis aliquot aureos donaſ-
ſet, illi ipſi locum dedere fugiendi; quô nihil
eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

eſt in mundo frequentius. Attamen hoc mihi perſuadeo, quod peruerſi illi nihil de ſcortatore curarint, ſed lupam quæſierint, quia Chriſti Iudicio peccatum tradere cupiebant iudicandum, quo nullum illis videbatur enormius, & minus venia dignum, vt eo modo cogerent eum contra prædicatam à ſe clementiam, ferre ſententiam.

III. Habeatur adulteriũ in viro leue. Hac amentiâ ſtultiſcit, & errore mundus decipitur, quod adulterium in viris peccatum habeat leuiuſculum in mulieribus autem ſit capitale, tantâque pœnâ digniſſimum.

D. Hier. Epiſt. 30. ad Ocea. de Epitaphio Fabiola. T. 1. In hos grauiter inuehit Diuus Hieronymus ex occaſione caſus cuiuſdam, qui nobili Romanæ feminæ contigit Fabiolæ, quæ cum iunior eſſet, & diuitiis opulenta, cum Angelo de pulchritudine certabat: hæc viro nupſerat adeo in omnem libidinem profuſo, vt de inhoneſta cum aliis mulieribus conuerſatione gloriaretur. Proponit illa virum deſerere, & ab ejus ſe thoro ſegregare, nec eum in ſuam amplius admittere ſocietatem: vt propoſitum ſic effectum. Commota eſt ſubitò vniuerſa Roma, totuſque in illam inſurgit mundus, illam vt nimis auſteram, & moroſam accuſant. Per animam tuam attende precor, quid hoc tanti? quòd vir nobilis aliò diuertat & quæ viri ſunt, faciat: hoc enim nec mundus peccatum iudicat, nec leges inhibent, & quid modo familiarius? Eius cauſam ſuſcipit hac in parte propugnare Hieronymus (licet in alio, quod fecerat, nequaquam) & petora medum non in illo peccaſſe, quinimo & ex optimo feciſſe conſilio: Nota namque eſt legis diuinæ diſpoſitio: idem ius quod vir in corpus habet vxoris, idem in illud viri conuenire mulieri:

1. Cor. 7. 4. *Mulier ſui corporis poteſtatem non habet, ſed vir Similiter autem & vir ſui corporis poteſtatem non habet ſed mulier.* Vnde quidquid hic in parte licitum eſt aut illicitum viro eſt & vxori: *Quidquid viris iubetur hæc conſequenter redundat in feminas.*

IV. Mundi leges de adulterio impugnat D. Hiero. Et ſicut iuſtam habet maritus conquerendi rationem de periura ſibi vxore, eandem habet & mulier de viro ſibi fœdifrago Et ſicut licitum eſt viro ab vxore diſcedere meretrice, illique libellum dare repudij, ſic & mulieri reſpectu viri ſcortatoris:

D. Hier. *Apud nos quod non licet feminis æque non licet viris & eadem ſeruitus pari conditione cenſetur.* Ne mihi hac inre obieceris, inquit, quod multi legiſlatores ordinant, qui hac in cauſa pœnis miſeras obruunt mulieres, quæ ex maiori delinquunt infirmitate & immunes ſeruant adulteros, opinantes, in viris impudicitiam crimen non eſſe reputandum Dicant quidquid placuerit (inquit D. Hier.) terreni legiſlatores, qui ea quæ ad mundi ſpectant regimen, mundano decernunt oculo: Statuat Papinianus, ordinet Vlpianus, diſponat iuriſconſultus decernat Cæſar, quidquid animo ſederit, nos enim legibus ſubdimur Chriſtianis, luce cœleſti conſcripti, cui fallere eſt impoſſibile, quas nobis hac in parte promulgat Apoſtolus Paulus æquali confirmans poteſtate ac iure mulierem in corpus viri pollere, quo vir in mulieris: & vbi æqualis eſt poteſtas, iniuſtum eſt, pœnas iis qui in hoc deliquerint, decernere inæquales. Quocirca contra omnem peccant rationem legiſlatores, qui perpenſa tantum maiori in viro dignitate, omnem imponunt mulctam mulieribus, a qua viros abſoluunt: *Aliæ leges Cæſarum, aliæ Chriſti, aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur &, ſolo ſtupro, & adulterio condemnato paſſim per lupanaria & ancillulas libido permittitur quaſi culpam dignitas faciat non voluntas.* Iniquæ ſunt hæ leges, iuſtumque eſt intelligat maritus, quod ſi condignam mereatur iniuria pœnam, quâ illum vxor periura dedecorat, ſimiliter & illa, qua ipſe vxori fidem non ſeruat infidelis.

Hinc quoque infertur, illud, quod nobilis illa matrona Fabiola fecit, vt benefactum commendari, vtique mulieri Chriſtianæ ſupra modum conueniens, quæ tanti quanti dignum eſt ſeipſam æſtimet: *Fecit quod verecundæ matronæ & Chriſtianæ ſatis eſt.* Hic error adeo inoleuerat, vt D. Auguſtinum impulerit, illum impugnandi, ex occaſione, qua contendebat nobilis quidam Potentius, duo viris eſſe permiſſa (huic nixus fundamendo, quòd mundus quantò mulierum honeſtati diligentius inuigilat, tantò virorum impudicitiæ laxat frena ſolutiùs) Primò: quod quilibet maritus ſemper poſſet vxori dare libellum repudij, ſi vellet ſtatum aſſumere continentiæ, cum hic matrimonio ſit multo nobilior. Secundò: quòd maritus vxorem in flagranti reperiens adulterio poſſet illam repudiare, & alteri cuilibet copulari: Hanc conatur D. Auguſtinus cæcitatem illuminare duobus libris, quos prænotauit, *De adulterinis coniugijs*, in primo, primum conuincit errorem, & declarat eleganter, quod licet continentiæ ſtatus matrimonio ſit eminentior

illi

illi tamen qui hoc elegit & conſummauit, non permittit illi mera ſua voluntate renuntiare vxore adhuc ſuperſtite: vinculum enim matrimonij robur habet diuinum, quod & nobis intimatur his verbis, *Quod Deus coniunxit homo non ſeparet* In ſecundo libro ſecundum expugnat errorem, oſtendens, quod licet marito licitum ſit vxorem repudiare adulteram, illis nimirum interuenientibus circumſtantijs, quas Eccleſia declarat, porro numquam ita fiat, vt viuente prima coniuge poſſit nubere ſecundæ.

Ex hac occaſione proponit, quanta ſit mundi ſtultitia, quę huic vnicè incumbit, vt mulieres
VI. Error eſt mundi adulteras punire, non adulteros.
licet infirmas oneret ſeuerè ſuppliciis, & hoc ipſum in viris crimen non eſſę iudicet, & quàm non tollerabilis ſit hæc praxis, quòd adulterium nedum non graue eſſe cenſeatur in viro, ſed ipſi viri de illo impudicè glorientur. Videre licet virum nobilem vxoratum publicè cum Amaſia ad latus obambulare: licet & alterum videre nobilem, qui illam coram toto populo, quinimo propria ſpectante vxore ſuis alat impenſis, & hæc omnia in riſum iocumque vertuntur; totum autem huius criminis pondus infirmis iniiciunt mulierculis. Ignoſcat mihi Deus, ſi de muliere primaria nupta, tale quid conſtaret, quis tumultus, qui clamores, quàm ab omnibus rea damnaretur? Et ad propoſitum, inquit D. Auguſtin, quod cum ipſe quoſdam argueret atrá bile furibundos, & in pauperem adulteram grauiter acerbatos, petentes dignum de ea ſumi ſupplicium, & capite plectendam; illis obiiceret: chariſsimi, ſi mulier hæc ob commiſſum ſit punienda ſtuprum, an vos ab hoc eſtis integri? Vnanimiter omnes reſpondent: Domine mi viri ſumus: *Cum eis hæc dicimus, non ſolũ non volunt,*
D. AVG.
*detrahere ſeueritati ſed iraſcuntur inſuper veritati, & loquuntur atque reſpondent: Sed nos viri*
VII. Vir quia vir eſt, grauius delinquit.
*ſumus* Sit ita, replicat D. Auguſtinus eo ipſo vos vincam argumento. Quid eſt eſſe virum? Numquid non vir caput eſt, cui regere, cui gubernare, cui exemplo præire conuenit? *Caput mulieris vir*, inquit Apoſtolus, Nunquid Deus mulieri
1. Cor 11.
præcepit: *Ad virum tuum conuerſio tua*, iuxta
Gen. 3. 16
Septuaginta: ipſa virum intueretur velut ſpeculum, quo ſuas derigeret prudens actiones? Igitur ea ratione, quâ viri eſtis, exemplo prçlucere vos conuenit mulieribus, illas docere vt honeſtæ ſint, caſtę ſint, ſint ſolitariæ: *Ad virum tuum conuerſio tua*. Imitaberis in te, quod in marito præuideris: ipſe namque tuorum debet eſſe ſcopus oculorum, ipſe ſpeculum, in quo quotidiè te ipſam intuearis. Quid dicitis (quęrit D. Aug.) viri ſumus? *Quaſi non propterea magis debeant illicitas concupiſcentias viriliter frænare quia*
D. AVG. De adulterinis cõiugiis l. 2. c. 8. T. 6.
*viri ſunt. Quaſi non propterea magis debeant mulieribus ſuis ad huius virtutis exemplum ſe præbere quia viri ſunt. Quaſi non propterea minus debeant à libidine ſuperari, quia viri ſunt, Quaſi non propterea debeant minus laſciuienti carni ſeruire quia viri ſunt.*

Hæc & alia verba adducit D. Auguſtinus tam profundis docta diſcurſibus, vt multa folia illis expendendis, breuis eſſent pagina. Admitto (loquitur) hoc veſtrum reſponſum, viri ſumus, & dico, hoc ipſum eſſe quod vos redarguit, quia hoc ipſo caſu magis eſſe viri debetis in ſuperandis infirmitatibus, magis honeſti, vt exemplo præcurratis, magis robuſti, ne veſtræ concupiſcentię carnique ſuccumbatis. Numquid quia viri, & conſequenter, quia caput eſtis minor in vobis eſſe debet intellectus, minus regimen, & maior inertia? Quid ita ridiculum, quàm
VIII. Similitudo.
ſi caniculus in virum irruens, illum per terram verreret pariter & in mulierem, hanc in terram proſterneret, vir autem exſurgens, mulierem mille contumelijs oneraret, quod ſe à catello permiſerit ignominioſè ſuperari? Quod ſi illi obijceres, quid tu loqueris, te namque non ſolum in terram proſtrauit, ſed & inſuper per lutum protraxit melitæus? Ipſe reſponderet: Domine mi vir ſum: quid diceres? O te male fortunatum, hoc ipſum te condemnat: etenim quia vir eras, tuum erat fortius reſiſtere, viribus præualere, catello reſiſtere, dentes illi confringere: quod ſi te deiecerit, per terramque verrerit, quid miraris quid exprobras, quid rides mulierem infirmam, timidam, & imbecillem ſuperari? Hæ rationes
IX. Lex Antonini contra adulteros accuſantes vxores adulteras.
Imperatorem Antoninum (ſi Auguſtino credimus) permouerunt, vt licet non Chriſtianus, ſed gentilis & ſæuus Eccleſiæ perſecutor, legem conderet perpetuò valituram: quòd maritus adulter in crimen non poſſet vocare vxorem comprehenſam in adulterio: ſiquidem hoc verius eſſet ipſum accuſare qui fortiori ratione tenetur caſtus eſſe *Periniquum videtur mihi eſſe vt pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibet*
D. AVG.
vnde legem ſtatuit, ſi quis ſcortator de muliere quereretur adultera, hic illique litem intentaret, Iudex autem in ipſũ aduerteret adulterum parique ſupplicio pares crimine mulctarentur. Concludit D. Auguſt. *Quæ cum ita ſint, numquid ideo minor eſt, ac non potius maior,*

*& peior virorum impudicitia, quia ineſt eis ſuperbia, & licentioſa iactantia.*

X. Adam ſua ſe cōfodit ratione dū ſe excuſat.

Ex hoc argumento declarat D. Chryſoſ. quòd illa verba, quæ protulit Adam in criminis ſui defenſionem, illa ipſa erant, quæ illum conuincebant eum in hoc eſſe turpiorem, Transgreſſo Dei mandato, & guſtato arboris vititæ fructu, adeſt Deus illum de ſua rebellione reprehenſurus, Adam culpam expurgaturus onerat mulierem accuſator: Domine hæc mulier totius culpæ rea: etenim illa prima comedit, & me, vt comederem, acriter incitauit. O Adam, exclamat D. Chryſoſtomus! Quàm apertè demonſtras, iam nunc tibi infuſam a Deo deficere ſapientiam. Siccine iudicas quòd ea ratio, quā te conaris excuſare, crimen tuum exoneret? Illam perpende: hæc etenim eſt, quæ te grauiùs onerat culpamque aggrauat: etenim illud ipſum, quod obtrudis, quòd ipſa mulier ſit, tu vero vir, te ipſum conuincit probatque te illā eſſe debuiſſe fortiorem: qui non ſolum ipſa comedente, comedere non debuiſſes, imo potius ſatagere ne illa comederet, illam redarguens. Nonne tu

XI. Similitudo.

caput? Quis quem debet gubernare, quis imperare num caput corpori, vel capiti corpus? Quis diriget, an paſtor ouem aut ouis paſtorem? Quanta confuſio paſtori, qui diceret, Domine vetitum ingreſſus ſum hortum quia cò me ovis curę meę commiſſa deducebat: ô ſtultum te, numquid tu ovis ſtultę ſequi debueras imprudentiam, an potius tuam ipſa directionem? Quod ovis allecta viridario comeſtura pomarium ingrediatur, quid hoc tanti? Infirma eſt ſuoque ſubdita appetitui, tu vero paſtor, qui reducere debueras errantem, nedum hoc non agis, ſed ovem accuſans à culpa liberum te eſſe contendis: mētis hoc ſapit inopiam, & totius peruertit ordinem vniuerſi. O Adam, exclamat iterum D. Chryſoſtomus. *Caput es tu mulieris, & propter te illa producta: tu autem ordinem inuertiſti & non ſolum illam non correxiſti, ſed & ipſe ſimul abreptus es, & oportebat corpus reliquum capiti obſequi: ſed diuerſo modo res evenit, corperique reliquo caput obſecutum eſt, & quæ ſurſum erant in infirmum locum deuenerunt, propterea ordinem inuertiſti.*

D. CHR. Hom 17. in Gen. T. 1.

XII. Quæritur vtrū grauius peccauerit A-

Ex hoc fundamento tradit D. Thomas huius „ dubij reſolutionem: vtrius peccatum fuerit gra- „ uius Adæ vel Evæ. Si peccatum in ſe conſidera- „ ueris, illud Evæ cenſebis eſſe grauius, ipſa enim „ primò peccauit ſola ſerpentis animalis horribi- „ lis & abominabilis inductione perſuaſa, ipſa „ ſcandalum & lapis fuit offenſionis marito, vnde „ & ipſum, & ſeipſam, & nos omnes perdidit: quocirca Spiritus S. illi tanti mali, tantique damni, „ quantum humana paſſa eſt natura, adſcribit „ principium: *A muliere initiū factum eſt peccati, & per illam omnes morimur.* Porrò ſi ſpecies „ perſonæ circumſtantiam, multò grauius fuit „ Adę peccatum: Erat quippe vir maiori pręſtans „ iudicio, intellectu, viribus, prudentiâ & proinde „ fortiori deuinctus obligatione: Deus etenim illum totius humani generis caput extulerat quo „ mediante Evam doceri & corrigi conueniebat, „ cuius quoque caſus noſtræ totalis fuit cauſa perditionis; etenim licet Eva peccaſſet, gratiamque „ perdidiſſet, non idcirco actum fuiſſet de nobis; non enim Eva illa erat, quæ ſibi ſuiſque filijs gratiam recepturа erat ſed Adam. Profero D. Paulum teſtem: *Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt.* Non intrauit „ peccatum in hunc mundum per illud mulieris, „ ſed primi hominis, qui caput erat, & cui, vt tali, „ decebat eſſe fortiorem, eſſe grauiorem, eſſe „ prudentiorem. „

Ecclus. 25. Rom. 5.

XIII.

Ad rem peccatum expendit Dauidis, quod dum illi Deus prędicante Propheta Nathan aperuit, vt culpę grauitatem exponeret, inſeque puniret; totam culpam homicidij nec non adulterij illi imputauit, & in illum totam protulit pro delicto ſententiam, propoſitâ per vatem parabolâ in qua Bethſabee vocatur ovicula: *Tulit ouem viri pauperis*, quo nomine illam excuſat quia inſipiens erat, imprudens erat, ſeductu facilis, velut ovicula, quę nullas habere videtur vires, „ quibus paſtoris lupique viribus robuſtior reſiſtat: nullo negotio ſeducitur. Hinc colligo, quod „ licet ipſa peccauerit & quidem grauiter, attamē „ in S. Scriptura non inuenies quòd Deus illam „ caſtigauerit: hoc ſolum legimus ſeuero ſatis „ Deus Dauidem ſupplicio mulctâſſe: cui licet clementer, quantum ad culpam, peccatum remiſerit, non tamen quoad pœnam, imo illa tanta fuit „ quantum Propheta in parabola declarat quam „ ſubtiliter & appoſitè expendit Caietanus. Primò namque in pœnam adulterij punitus in eo „ fuit, quòd illi vxores propriæ fuerint infideles, „ non minùs quam cum proprio eius filio Abſalone fornicantes. Secundò, in Vriæ homicidij mulctam quadrupliciter luit: cum illi nati fuerint „ quatuor filij, quorum tres deplorādo interierūt „ infortunio; filius conceptus ex adulterio, Amnō, Abſalon, & Adonias: Tertiò, quia populo lapis

XIV.

» pis fuit offenſionis, perpetuis agitatur bellis, moleſtatur perſecutionibus, filiorum, amicorum » totius populi, toto vitæ ſuæ tempore. Nolim » aſſerere Bethſabeam a ſupplicio fuiſſe immu- » nem, quæ, cum peccauerit, omne non dedebat, » euadere ſupplicium: Porro illius non facit Spi- » ritus S. mentionem, eo quod ſentiat illud fuiſſe ſatis leue, ex quo colligimus quantò grauior » fuerit Dauidis culpa, quàm Bethſabeæ delictum: » cum Dauid eſſet vir fortiſsimus, tantiſque à » Deo honoratus priuilegijs, ipſa verò feminea » infirmitate ſeducibilis. Vide quàm differenter Deus de viri, & mulieris iudicet adulterio. Has » deſcripſit rationes D. Auguſtini Concilium » Triburicenſe monens vt deligenter ſatagat » Epiſcopus hanc inculcare doctrinam, & in illa » reprimere ſuperbiam eorum, qui ſine vlla pieta- » te immiſericorditer mulierum damnant infir- mitatem, & virorum pudore ſuffundere liberta- » tem. *Audiat Auguſtinum dicentem: cum vir à virtute nomen accepit, & mulier à mollitie, id eſt fragilitate, quare contra crudeliſsimam libidinis beſtiam vnuſquiſque vxorem ſuam vult eſſe victricem, cum ipſe ad primum libidinis ictum victus cadat.*

D. AVGVS.

Hic ad bolidem cadit Iudæ Patriarchæ conclusio, quam S. Pagina refert, & expendit D. Amb. Comperit hic Patriarcha nurum ſuam in crimen lapſam adulterij, qui cum populo illi Iudex præſideret vt noſter notat Cardinalis Caietanus, mortis in illam tulit ſententiam; *Producite illam vt comburatur*: hæc etenim erat ſimili ordinaria pœna delicto, cũ autem Thamar ſe damnatam audiuit, certa quædam illi remiſit iudicia, quibus lucidè probat quod ſi ipſa deliquiſſet, ille non eſſet innocens, etſi de infirmitate lueret, ille eiuſdem eſſet conſors infirmitatis. Tum ilico in ſe reuertitur, & damnatam mãdat abſolui, dicens: *Iuſtior me eſt*, dignior ego ſupplicio quàm illa. Noluit dicere (ſic D. Aug.) quòd ipſa non peccaſſet, ſed quòd eius peccatum ſuo eſſet minus: & hoc dixit, licet ex ſpecie ſua maius eſſet nurus ſuæ peccatum; erat enim inceſt*; quia cum proprio peccauit ſocero vt tali cognito; quàm ſuum quia cum illa peccauit ignorans, quòd nurus eſſet ſua, ſed credens mulierem eſſe liberam, & mercenariæ ſtipis ancillam. Porrò ſapiens conſiderabat Iudex, quòd ipſe quaſi vir eſſe debuiſſet fortior atque conſtantior, & ſi ille ſuo ſe permiſiſſet appetitu ſeduci, & caput eſſet domuſq; imo reipublicæ fulcimentum, graue non eſſet adeò, quòd mulier ſuis ſuperata paſsionibus deliquiſset, cum ſit ipſa infirmitas; & ipſi ſint motiua fortiora, & incentiua libidinis, quæ S. non tacet Scriptura, & proſequitur D. Chryſoſtomus hanc enucleans hiſtoriam. Cecinit Ouidius.

☞ 35. XV. Iudas Patriarcha ſuum ſcelus eſſe dicit grauius quã Thamar. *l. 1. de pænitentia capit. 8. Sib. 22. cont. & fauſt.*

*Femina quid faciet, cum vir ſit turpior ipſa?*

OVid.

Hinc grauiter obiurgat D. Hier. Ruſticũ qui dominæ nupt* Arthemiæ mulieri, cùm venuſtate, tũ vrbanitate ſpectabili, aliò diuertebat quẽ ſic præmonet, quòd inter cæteros teſtes contra viros inſurgentes venereos, nominatim adſunt mulieres à pudicitiæ laude commendatæ quæ in tremendo Dei iudicio contra illos acriùs inſurgent tantæ libidinis accuſatrices, idque non minùs efficaciter, quàm contra Iudæos Niniuitæ, cum illæ, licet ipſa infirmitas, quam ſibi ſupraſcriptam referunt (mulier, id eſt mollis) robore tamen valuerunt, vt laſciuos carnis ſuæ ſuperarent effectus; ipſi verò cum eſſent viri (*vir dicitur à vi aut virtute*) quolibet affectu, motuque carnis ſuperari ſe ſinant inordinato. Quocirca tua te fortem (infert D. Hieron.) damnat mulier molliſsima. *Pro pudor! fragilior ſexus vincit ſæculum & robuſtior ſuperatur. Imitare eam, quam docere debueras.* Fuſiùs hæc expendere liceret illis, quæ D. Auguſt. ad rem adducit, qui docet, qua ratione decem Dei mandata debeamus obſeruare, & pro quinta chorda extendit pudicitiam, quam nobis Deus præcipit, dicens, *Non mœchaberis* Fratres mei, inquit, ſemper hac ludere luberet chorda, nullum etenim humano generi maius commune flagitium. *In illo video iacere pene totum genus humanum.* Et quod eſſe reperio pernicioſius, illud eſt, quòd hoc præceptum non viris, ſed ſolis mulieribus ſtatutum eſſe videtur, in quibus tantummodo damnata luxuria, quæ viris nedum non ſit ignominioſa; quinimo ſæpius erubeſcunt, & pudore confunduntur, qui ſe ab illa ſubtrahunt honeſtiores. *Tanta eſt peruerſitas generis humani, vt aliquando metuendum ſit, ne caſtus erubeſcat inter impudicos. ſi quis inter vos faciat homicidium, pellere eum continuo vultis de patria &c. Si quis autem exiſtit caſtus &c. Irrident, & dicunt non eſſe virum.* Porro ſi libidinoſus, illum nullus aſpernatur, imo potius ſi quem viderint mulierum conſortia declinantem hunc explodunt, & dicunt non eſſe virum, *Ad hoc delapſa eſt humana perverſitas, vt vir habeatur à libidine victus & vir non habeatur victor libidinis. Triumphantes exultant, & non ſunt viri, iacent proſtrati, & viri*

XVI. Mulieres viros accuſabunt de non ſeruata caſtitate.

D. Hierõ. *Epiſt. 46. ad Ruſt. To. 1.*

36. ☞ *Exod. 20. 14.*

D. AVGVS *l. de decẽ chordis c. 9. To. 9.*

XVII. Fæminæ in caſtitate viros ſuperant.

D. AVGVS

Vuuuu 2 *ſunt.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*ſunt. Quis tibi videtur fortior, qui iam iaceret ſub beſtia, aut qui perimeret beſtiam?*

Si mihi dixeris effrænes non valeo meas cõpeſcere concupiſcentias, quã tu ratione vis mulieres obſtringere, vt illas refrænent, fragiliores? Tibi dedecori vertitur, quòd velis illę ſuperent illud, quò tu ſuperaris: *Fœdum eſt fratres mei, turpe eſt, vt vir dicat non poſſe facere, quod facit* D. Auguſt. *fœmina. Quod poteſt fœmina, vir non poteſt? Quid enim illa carnem non portat? Prior à ſerpente decepta eſt. Caſtæ uxores veſtræ oſtendunt vobis fieri poſſe, quod non vultis facere, & dicitis fieri non poſſe &c.* hæc dicta ſunt, vt excerebroſũ pateat mundi iudicium, in mulieribus tantummodo damnans adulterium, quod ex rei veritate, ſi graue ſit in illis, eſt pariter & in viris, & aliquo modo grauius conſideratis prædictis rationibus: ſiquidem aſſerere non prætendimus, in quo turpius ſit abſolutè, vel in viro, vel in muliere, quod nec ipſe Salomon definiuit, ex profeſſo de illo diſſerens, cui hoc ſatis erat primò declarare, quàm hoc ſit peccatum in viro abominabile coram Deo, quàm illum grauiter exacerbet, nec non quantopere Deus adulterum deſpiciat, ſibique proponat ſeuerè caſtigandum. Deinde progreditur idem declarans in muliere, illam vt Deo arguens infidelem, auctori matrimonij, cui verba quoque iurauit ſeruandæ fidelitatis, ſimiliter & iniuſtam damnans ob periculum, cui ſe exponit marito filios ſupponens adulterinos: *Omnis mulier re-* Eccli. c. 23.26. *linquens virum ſuum &c. Primò in lege Altiſſimi incredibilis fuit, & ſecundo in virum deliquit: tertio in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi &c.* Has rationes expendunt Theologiæ quibus argumenta colligunt, quibus in quonam ſit hoc peccatum grauius, definiunt. Concludunt hoc illi cum D. Tho. quod 2.2.q.164 art. ult. nos prætermus, hoc pro certo habentes, quòd huius Euangelij Scribæ & Phariſęi, vt mundi populus, mundi ſectantes opinionem, capere non curarint adulterum, cenſentes culpam in illo minoris fore conſiderationis, & mulierem tantum captam adduxerint, vt quæ, cum in illud lapſa fuerit, totum ſibi mundum doleat oppoſitum.

§. 16. Hæc dicebant tentantes eum *Laqueum parauerunt iſti Chriſto Gordianum: fuerunt ſicut Rechab & Baana, ſed abſtulit Chriſtus balenæ laruam.*

INfortunatam ſtatuunt in medio ſpectaculi meretricem, Chriſtoque ſuam proponunt ſubdoli quęſtionem, dicentes *Magiſter hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio.* Domeſticè notum eſt per Moyſen decretum huiuſmodi lapidandam: tu verò quid nobis conſulis agendum. Omnia hæc teſtatur Euangeliſta, faciebant vt Chriſto laqueum tenderent ineuitabilẽ, ſibi certò perſuadentes, quòd illum eſſent capturi, & habituri vnde contra illum euidentem formarent accuſationem quaſi legis diuinæ trãſgreſſorem. *Hoc autem dicebant tentantes eum, vt poſſent accuſare eum.* In malam vos crucem diaboli auferat ſatana filios qui perfidiã in Chriſtum, veſtrum ſuperatis parentem diabolum. Siquidem cum ille tertiò Chriſtum tentaſſet deſtitit, ſe victum faſſus eſt, & in apertam abijt fugam; vos autem numquam ceſſatis licet grauiter, & ſæpiùs accedentes tentaturi, ab eo ignominiosè ad malas ſitis aves reiecti, Semper mutatis ſcopos, velut ille diabolicus Balaam qui Dei populo maledicturus, pariter & eum perditurus, numquam ab incœpto deferbuit, illos mutando, modo hic modo alibi, & in omnibus victus cecidit: *Cadens apertos habet oculos.* Mille tendiculas capiendo, ſtruxerant Saluatori, at ille ſemper liber, ipſi verò pudore confuſi: hanc autem viſum eſt illis armare decipulam, arbitrati, quod nullatenus eam eſſet euaſurus.

Communis Sanctorum hæc eſt conſideratio, quam expreſsè ponit D. Auguſ. ſic inter ſe Phariſęos fuiſſe collocutos. Vir ille totus eſt in prædicando miſericordiam, & peccata remittendo, & nobis obtrudit quòd legem venerit abſolutionis peccatorum ſtabiliturus. Alibi dixit, quòd in ſe Iſaiæ vaticinium de remiſsione concedenda peccatoribus etiam maximis eſſet impletum, *Prædicare captiuis indulgentiam* &c. Nobis autem dixit, quòd non venerit quempiam condemnaturus, ſed omnes in gratiam recepturus. *Statuerunt eam in medio.* Ipſi ad latus ſecedunt cum textu expreſſo & legis Moyſaicæ diſpoſitione, velut eiuſdẽ & ęmulatores & defẽſores acerrimi.

In

*In lege Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare:* Ad aliud latus Chriſtus ſtatuitur cum lege ſua, quam buccinabat, miſericordiæ, aiuntque illi. *Tu ergo quid dicis* Ex oppoſito igitur facie ad faciem ſtatuunt Moyſen cum legis ſuæ decreto, & Chriſtũ cum ſuæ miſericordiæ declamatione. Hoc verbis illis indicatur. *Tu ergo quid dicis?* Emphaticum eſt illud, *Tu*, q.d. Tu qui te iactas Moyſe maiorem, & quomodo nobis eius rigorem legis ad opera cõſtringis miſericordiæ, quam nobis dabis hoc in caſu concluſionem? Quod nobis Moyſes præcepit, nemo non cæcus videt, videamus, quid tu de hoc ſis decreturus. Vide qua ratione Chriſtum ſtatuãt inter arcem & parietem inter duos conſtringant molares (a) inter legis iuſtitiam, & Euangelij miſericordiã. Si ex ſtatuto Moyſi ferat ſententiam ſuæ repugnabit de miſericordia. Si ferat ex ſua de miſericordia predicatione, Moyſaicæ contradicet expreſsè legis ordinationi, & velut eius inimicum ac contradicentem licebit accuſare. Hoc ſibi perſuaſerunt, quòd nullo modo nec hac, nec illac illos poſſet effugere. *Neruorum veluti ex lege vinculis ſe crediderunt ligaſſe ipſum*, inquit D. Proſper Aquitanicus. Crediderunt quòd fortiùs illum ligatum tenerent, quàm olim Philiſtim, Samſonem.

III. Chriſto quoad miſericordiam parant laqueum.

(a) *Entre dos y pared a.* [marginal note, partly illegible]

D. Proſper.

Hæc omnia paucis verſis comprehendit D. Aug. expendens illud Dauidis de Meſsia proloquium, quod in tribus emineret, vnde ſucceſſu dextro, & ad votum omnia euenirent, nimirum veritate, manſuetudine cum miſericordia, & iuſtitia. *Accingere gladio tuo &c. Propter veritatem, & manſuetudinem & iuſtitiam, & deducet te mirabiliter dextra tua* iam eius deſiderat veritatem, in illis omnibus, quæ ipſis propoſuit, & adeò clarè prædicauit, vt hoc illi publicè faterentur. *Magiſter ſcimus, quia verax es.* Eius ſimiliter experti fuerant manſuetudinem & erga peccatores miſericordiam, cum ſemper viderint quanta illos benignitate receperit, defenderit, propugnarit, abſoluerit. Reſtabat eius examinanda iuſtitia & in ſeruanda lege rectitudo, illis enim impoſsibile videbatur, quòd poſſet conſeruare iuſtitiam, qui tam manifeſtè à parte ſtabat miſericordiæ. Audiamus D. Auguſtinum. *Dixerunt apud ſemetipſos, verax putatur, manſuetus videtur, de iuſtitia illi quærenda calumnia eſt. Offeramus ei mulierem, in adulterio deprehenſam: dicamus quid de illa in lege præceptum ſit. Si eam iuſſerit lapidari, manſuetudinem non habebit: ſi eam dimitti cenſuerit iuſtitiam non tenebit, vt autem manſuetudinem inquit, non perdat, in qua cum populis amabilis factus eſt ſine dubio eam dimitti debere dicturus eſt. Hinc nos inueniemus accuſandi occaſionem, & eum reum faciemus tamquam legis præuaricatorem, decenies hoſtis es legis, contra Moyſen reſpondes, imo contra eum qui per Moyſen legem dedit Reus es mortis, cum illa, & tu ipſe lapidandus.* Oblata erat (inquit D. Ambroſ.) à Scribis & Phariſæis Domino Ieſu adulterij rea, hac oblata fraude, vt ſi eam abſolueret, legem ſoluere videretur: ſin vero damnaret propoſitum ſui mutaret aduentus, quia peccata omnium remiſſurus aduenit

IV. Chriſtus veritate, manſuetudine & iuſtitia cæteris eminebat.

Pſal. 44. 4

Matth. 22. 16.

D. AVGVS Tract. 33. in Ioan. To. 9.

D. AMB. Epiſt. 76. ad Stadium Tom. 5.

☞ 38.

Hæc dicta perplacent; porrò intimius iſta conſideremus, & liquidò conſtabit, quòd verba iſta propoſita ſatanicam includant malitiam, quia Chriſto laqueum tendunt in proprijs ſibi vijs, quas ſemper inambulabat. Opinatur D. Hilarius illa verba Dauidis: *In via hac qua ambulabam abſconderunt laqueum mihi* ad literam in perſona Chriſti eſſe pronuntiata: probat hoc autem ex tituli inſcriptione: *Intellectus Dauid, cum eſſet in ſpelunca, oratio*: quando ſcilicet à rege Saule, eiuſque copijs cingebatur. Hoc notes, inquit, quòd non dixerit pſalmus: hic eſt oratio Dauid ſed oratio intellectus Dauid: eo quod non tam in propria, quàm in perſona loquatur Saluatoris, qui dum ſe dolet laqueis, ac periculoſis machinis concluſum, quas in eum Saul, eiuſque armabant legiones, quibus cum irretiſſent, intellectum ſuum ſurſum eleuauit, atque in illis laqueis illos perpendit, ac præuidit, quos nequiſsimi Phariſæi nebulones quondam eſſent extenſuri, quibus Chriſtum illaquearent: vnde eius nomine ſic ait: *In via hac quâ ambulabam abſconderunt laqueum mihi.*

V. David prænuntiat Chriſti laqueos Pſ. 141. 4.

Nulli ſunt laquei certiores, quam illi, qui in via, quâ quis graditur expanduntur: ſi venator viam indagauerit, quam ceruus percurrit, in eaque decipulam extenderit, indubiè feram apprehendit: vnde tota in hoc conſiſtit venatoris induſtria, vt nouerit, quâ tranſibit, vbi requieſcet ceruus, & ad quem fontem accedet bibiturus. Quod iter ingreſſus eſt humani generis Saluator? Miſericordiæ. Antiquitus itinere Deus incedebat iuſtitiæ. Illum contemplare in noſtrorum damnatione parentum, ac in illis totius generis humani. In illo cunctâ abſorbente diluuio, ex quo tantummodo ſaluos illos reſeruauit, qui arcâ concluſi vehebantur.

VI. In via miſericordiæ Chriſto panditur laqueus.

In horribili illo igne, qui ſuper infandas iſtas
Luc. 1. 78. & libidinoſas irruit ciuitates &c. Porrò factus
homo viam ingreditur miſericordiæ. *Per viſce-
ra miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit
nos oriens ex alto.* Illum videre licet totum mi-
ſericordiæ operibus intentum: quærit peccato-
res, conuerſatur cum illis, illis conueſcitur,
Act. 10. 38. illis remittit peccata, eorum curat ærumnas,
ſanat corpora, reparat animas. *Pertranſijt bene
faciendo, & ſanando omnes,* ait D. Petrus. Que-
relas exponunt, cur conuiuat peccatoribus, cur
infames admittat Publicanos, Matthæum, Za-
chæum principem Publicanorum: quibus reſpõ-
det: vadant: medicus veni, cui proprium eſt
inter infirmos conuerſari, quatenus eorum cu-
Oſe. 6. 6. ret infirmitates. Diſcite hoc me ſymbolo deco-
Ioa. 3. 17 rari. *Miſericordiam volo. Non venit filius homi
nis in mundum vt iudicet mundum ſed vt ſalue-
Epiſt. 76. ad ſtud. tur mundus per ipſum.* Iudicare eſt facere iuſti-
tiam. Non veni, vt faciam iuſtitiam, condem-
Ioan. cap. 8. 15. nando; ſed miſericordiam, ſaluando. Tandem
(inquit D. Amb.) omnibus hoc intimarat: *Ego
non iudico quemquam:* nec hoc de me metuatis,
quòd ego modo ſim quempiam condemna-
turus.

☞ 39. Aduertunt illum ita perpetuò viam hanc in-
ambulare, vt huius occaſione ſæpiùs cum illo
ſint altercati; hoc falsò iudicantes, quòd legem,
vt miſericordiam exerceret, præuaricaretur.
Quocirca, dum illum accuſant, quòd in die
feſto curaret, illos repulit, dicens: Feſtum opera
non impedire miſericordiæ. Deinde in eum ſe-
ditioſis, quòd in die feſto præceperit paralytico,
*Tolle grabatum, & ambula*, quem in pedes
ſanum erexerat, reſpondit, ego poteſtatem
habeo, & Dominus ſum ſabbati. Hinc exten-
VII. Fingunt Iudæi ſe huius mulieris miſereri. dunt illi laqueum. *In via hac* &c. Mulierem
hanc in ſtupro deprehendunt, coram addu-
cunt, & quaſi illi compatiuntur, fingentes eam
liberandi deſiderium; quinimo propter hoc
faciliè crediderim, quòd illam apprehenderint,
& demiſerint adulterum: etenim communiter
magis mulieribus, quàm viris compatimur.
Ficta hac compaſsione mulierem adducunt, ſta-
tuuntque in medio: *Magiſter hæc mulier* &c. Ma-
giſter huius nos mulieris miſeret adulteræ, quòd
nobis impoſsibile ſit eam à morte liberare: *Quia
in lege Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapida-
re.* Notate verba. Nobis Moyſes deſcripſit legẽ,
nec poteſtatem reliquit, in ea diſpenſandi, ſed
ſtatuit talem lapidibus obruendam: vnde nobis
eam eripiendi nullum dolemus ſupereſſe reme-
dium. *Moyſes præcipit nobis* &c. Te igitur
conuenimus, *Tu ergo quid dicis.* Non leue VIII. Chriſti explorãt de illa iudiciũ.
eſt hoc, *Tu.* Tu, qui ſemper, dum ſeſe offert
occaſio miſericordiam exercendi, feſtinus
accurriſti, parum de lege ſollicitus. Tu, cui
nos proponeremus dum illud, quod aliquoties
in beneficium pauperum & facis, & præci-
pis legis repugnare decreto reſpondes, te Do-
minum eſſe, feſtorum in lege, ſtatutorum quid
in hoc nobis reſpondes caſu: prętendimus enim
tuam hic interponas auctoritatem nobiſque
declares, quod alias indicaſti te eſſe ipſa lege
ſuperiorem?

Quando Dominus apud piſcinam paralyti-
cum ſolidauit, illique præcepit: *Tolle graba-
tum tuum.* Calumniati ſunt iſti Saluatorem vt
inimicum, Deoque contrarium quia præcipie-
bat, quod illis legi à Deo Moyſi datæ repu- Ioa. 5.
gnare videbatur. Grauem ſatis cum illis, tunc
Chriſtus ſuſcepit diſputationem, quâ liquidò
probat, abſit quod Deo repugnaret, quinimo
pari ſemper cum illo pede graderetur, nec
aliud, quàm, quòd Deus præciperet, ipſe
præciperet & quod ipſe operaretur, idem eſſe
quod Deus operaretur, & eamdem ſuam eſſe
Deique poteſtatem. Hac diſputatione inſtar
æris obduruerunt, hanc ſibi ſemper præ oculis
ſtatuerunt, & huius occaſione numquam eum
perſequi deſtiterunt. *Propterea perſequebantur* Ioa. 5. 18.
*eum Iudæi quia non ſolum ſoluebat Sabbatum,
ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe
faciens Deo*: Hac occaſione deſiderabant vt cla-
riùs innoteſceret Chriſtum legi repugnare,
quo probaretur eum Deo repugnare legis in-
ſtitutori. In eum finem tota texitur decipula,
quâ Chriſtum cogant, vt ſub titulo, quò mu-
lieri clemens indulgeret, pronuntiaret legis
hic rigorem intermittendum. Hoc eſt, *Tu
ergo quid dicis?* Tu, qui ſemper patronus ex-
ſtitiſti peccatorum, tu, cuius omnia opera
opera ſunt miſericordiæ, quid in opere decer-
nis iuſtitiæ, quam nobis lex pręcipit exequen-
dam? Quis illos videat, quaſi compaſsione com-
motos? & quia locum illis lex Moyſaica, non
dabat iuſtitiæ ad legem confugiunt Chriſti
miſericordiæ. IX.

Hic tibi propono latrones illos Rechab & Rechab
Baana. Necem inferre principi moliebantur & Baana
Isboſeth multas illi ſtruxerunt inſidias, quas Isboſeth
omnes eluſit irridens proditores: intelligunt, occidũt
quod horrea aperiret tritici; quod ex meſſe col- vt mer-
legerat vberrimum, domique ſuę venale propo- catores
neret. [illegible]

2. Reg. 4 neret, concludunt igitur illò accedere quaſi emptores tritici. Id quod vulgata noſtra habet lectio: *Venerunt ad medium domus ſumentes triticum*: legit hebraica; prout notat Caietanus: *emptores frumenti. Ingreſſi ſunt in medium domus habitu mercatorum tritici*, ſic Vatablus. Sub veſtibus gladios abſconderant limatos, quibus eum confoderent, ſicut & confoderunt. Quale miſericordię triticum Chriſtus peccatoribus & indigis venum exponebat? Velut alter
Gen 41. 56. S. deſ. Ioſeph inquit D. Ambroſ. de quo ſic legitur: *Aperuit vniuerſa horrea, & vendebat vniuerſis.* Leproſo venumdabat, qui promunditie veniebat, paralytico qui ſe mouere non poterat, cæco, qui prætereunti acclamabat, viduæ ingemiſcenti, peccatoribus ſuis pedibus aduolutis: *Vēdebat vniuerſis.* Habitum aſſumunt illi proditores,
X. Iudæi his comparantur, formamq; mercatorũ, qui petunt & ſe velle demonſtrant huic mulieri triticũ. En tibi, quales cũ illa prodeunt *Ingreſſi ſunt in medium domus habitu mercatorũ tritici.* Sibi ipſi proponunt impoſſibile adulteræ miſericorditer indulgere namq; illis Moyſes præceperat huiuſmodi lapidare. Hoc ſtratagemate oſtendunt ſe velle Chriſtum permouere, vt adulterij ream abſoluat, dimittatq; impunitã. O proditores, qui ſub illo pallio gladios nequitiæ gerebant exciti tot quibus illum accuſarent, vt hominē legi Moyſi aduerſarium & conſequenter Deo contrarium, *Hoc autem dicebant tentantes enim ut poſſent eum*
☞ 40 *accuſare*: Verumtamen ò vos mente capti, nũquid eum illaqueare ſperatis, qui multò clarius, quàm vos ipſi iſtas veſtras perſpicit machinationes, & intima cordium veſtrorũ rimatur abſcondita? Hoc inter cætera voluit Deus hominibus innoteſceret, quòd nullus ei poſſet falſum
XI. Nullus poteſt Deo illudere. imponere nullus eum ludificari: viſcerum enim rimatur ſecreta, reuelatque abditiſsima. De eo Salomon ſic loquitur. *Abyſſum & cor hominum*
Eccli. 42. 24 *inueſtigauit, & in aſtutia eorum excogitauit.* Quod magis impoſſibile eſt perua lari, profundum dicitur eſſe pelagi, eiuſque abyſſi; verumtamen inueſtigat abyſſos Deus, totum que penetrat pelagus, ſimiliter & cor hominis *Prauum*
Hiere. 17 *eſt cor hominis, & inſcrutabile, & quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutans renes & corda* Vnde
Prou. 15. 12 lib 12 21. ſtatim adiungit: *Non prateritillum omnis cogitatus. Non abſcondit ſe ab illo vllus ſermo* Alio loco dicit *In ernus & perditio corã Domino quanto magis corda illorum hominum*: Iob autem,
Iob. 26. 6. *Qui reuelat profunda de tenebris & producit in lucem vmbram mortis*: Et alibi. *Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni* Hæc omnia vno verbo comprehendit A- Hebr. 4. 13.
poſtolus *Omnia nuda, & aperta ſunt oculis eius* Legit D. Chryſ. *excoriata* id eſt ſine pelle, ſine corio, ſine larua. Patent illi viſcera, arteriæ, venę, nerui &c. Sunt hæc verba quæ dixit Iob, vt
myſtica, ita difficilia. *Quis reuelauit faciem* Iob 41. 4
*indumenti eius?* Quis laruam detrahet, qua ſe Leuiathan cooperit? Leuiathan eſt balena.
Noueris (inquit D. Thomas) quod ex naturę XII. Balenæ aſtutia. D. Thom lect. 1. Tract 8 in c. 3. 15.
ſecreto profundum exponat myſterium, quod Deus operaturus eſſet, quando adeſſet in mundo legem gratiæ promulgaturus. Omnes admirantur facinus balenæ, quam dicit Leuiathan, quod ſignificat beſtias in plurali; etenim eſt velut cumulus beſtiarum, prout aliàs expoſuimus. Habet hoc animal oculos horrificos, tremendoque terret vultu, quod ſi piſces illum viderent, quàm longiſsimè ab illo diffugerent, nec vel vnum illorum deglutiret, quo ſe ſuſtentaret, fameque interiret, Vt huic obuiet malo, oculos ſuos cooperit & vultum cilijs ſuis arbores magnitudine æquantibus, quibus ſingulos contegit oculos dum tempeſtas viget illa eo modo extendit, vt totum cooperiant vultum, & oculos contegant, vt ramoſum videatur tugurium, quo piſces accurrunt, vt à tempeſtate ſint ſecuriores, quos tunc deglutit, indeque ſibi ſumit alimentum. Hic eſt Leuiathan ſymbolum ſocietatis peccatorum, quales ſunt Phariſæi, congregatio proditorum. O quàm horrendis lucent oculis! Oculi ſignant intentionem. Quàm pernicioſas pauperibus concipiebant intentiones illorum ſitientes exſugere ſanguinem illoſque ſupprimere, pręſertim autem contra Chriſtum: nil etenim magis prætendebant, quàm eius derogare honori, vitamque adimere proditores. Si apertis prodirent oculis, omnes ab illis velociter aufugerent, omnes eos execrarentur, omnes maledicerent. Ad hoc pelles induunt maculoſas, ſpiſſoſque ſumunt arborum ramos, quò bona pauperum, honoremque Chriſti ſectari videantur. Quàm coopertis hodie prodeunt oculis intentionis diabolicæ, præferentes ſe nihil aliud quęrere, quàm huic miſeræ mulierculæ miſericordiam, ſibique impoſſibile illam poſſe circa mulierem hanc exercere ob contrarium Moyſi præceptum, vnde ad illam Chriſti, quàm prædicabat, confugere tenerentur. Adeſte proditores, inquit Deus, laruam illam attollam, & peruerſæ veſtræ reuelabo operimentum intentionis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Eo ſine. *Inclinans ſe Ieſus, digito ſcribebat in terra.*

§. 17. Inclinans ſe Ieſus digito ſcribebat in terra. *Multa continet myſteria hæc Chriſti in terra ſcriptio, & quidem ſe inclinando: myſterium declaratur Cameli.*

41. NOn eſt quòd hæreamus, qua ratione Chriſtus in terra ſcripſerit: licet enim templi pauimentum, in quó erat, de terra non eſſet mobili, ſed pario ſtratum lapide concurſu tamen populi adeo continuò ſemper puluis adhærebat: inſuper & in antiquo pauimento tabernaculi puluis ſpargebatur, de quo Deus præceperat vt Sacerdos acciperet in ſacrificium Zelotypiæ. Licet autem omnia velut ſpecula munda fuiſſent ac deterſa, poterat tamen Dominus digitis ſuis tantum continere puluerem, quantum voluiſſet, quo digito ſuo in terra ſcriberet, aptiùs multò quàm manus illa, quæ ſcribens apparuit in pariete palatij regis Baltaſſar. Quid Chriſtus ſcripſerit, Euangeliſta non explicat: porrò in hac ſcriptura præclara SS. Patres detegunt myſteria. Si namque multa in Philoſophorum ſcriptis perpendenda veniant, qui paucis verbis multam comprehenderunt Philoſophiam, vt fecit Ariſtoteles, vnde magna ex parte hi, aut illi ab eorum deſiſtunt conſideratione: ſi in cuiuſlibet Prophetæ vaticinijs tanta ſunt Sacramenta, vt numquam illà poſsimus integrè perrimari, quid in hac faciendum ſcriptura, quam ipſe Dominus exarat, cui ſeruit pro charta pauimentum, puluis pro atramento, digitus pro calamo?

*Num. 5.*

*Dan. 5.*

I. Scripſit Chriſtus in terra vt ſe oſtéderet legis Dominum. *Tract. 33. in Ioan. Epiſt. 76 ad ſtatia.*

Voluit illo Dominus primò: (ſi D. Aug. credimus) ſe verum oſtendere Deum, illum ipſum qui Moyſi legem præſcripſit, & qui velut eiuſdem legiſlator, auctor, & Dominus, mutare, temperare, moderari, & ex toto poterat abolere, quæcumque ſibi placuiſſet. Habet auctor, qui ſcripſit opus, facultatem, de illo, quod primum ſcripſit, hoc modo eodem calamo idem delere, & alio, pro libitu, modo deſcribere. Quis legem ſcripſit Moyſi? Suó digito ipſe Deus. Scito igitur me illum eſſe, qui vt talis, poſsim eodem calamo delere, mutare, moderari, prout animo meo ſederit, tanquam Dominus & eiuſdem auctor Scripturæ primarius. Has illis rationes Chriſtus aliquando propoſuit, quibus & ipſi ſupra modum irritabantur. Mandat certo iam paralytico humeris ſuum tollat grabatum, & hoc quidem in die feſto: concurrunt & accurrunt illi: Heu Magiſter, quid agis? In legem peccas Moyſi, quæ grabatum tolli vetat in ſabbato. Quibus ille: procul hinc, procul abeſte profani. *Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbati.* Hinc grauem mouerunt illi quæſtionem, laqueum tetenderunt. Hunc videmus, qui ſe legis Moyſaicæ facit ſuperiorem, ſi hoc in caſu legi ſe contrarium ſit declaraturus. Chriſtus ipſa Sapientia non ſe contrarium ſed legis oſtendit eſſe ſe ſuperiorem, cui licet delere, & moderari ad arbitrium, Sibi ipſi rex non contradicit (ſic D. Aug.) qui primò ſtatuit, vt portæ ciuitatis occludantur, quia ſuæ ſic conuenit defenſioni, quando prærerita hac occaſione mandat denuò aperiantur: aut quando ob caſum ſingularem huic aut illi pro bona voluntate vult illas aperiri: ſed legis ſe monſtrat eſſe ſuperiorem: Habet mercator librum receptiuum, in quo talis aut talis viri ſibi debita conſcribit, Poteſtatem habet hic, ſi ex vna parte propria manu debita ſcripſerit, ex altera pro libito eadem manu eorum ſcribere ſolutionem, & dicere hunc ſummam huic gratis remiſi: hoc enim eſt eorum, quæ ibi ſcripſit, Dominum eſſe debitorum. Hoc Saluator agit, vultque oſtendere ſe Dominum, qui vt talis ordinat onera, & pro libera voluntate eorum poteſt ſcribere exonerationem

*Luc.*

Secundò, docere illos voluit, à quibus Iudex eligebatur, quòd qui iudex eſſe debet, procedere debeat pedetentim, & in rebus magna progredi conſideratione: vt ad ferendam contra reum ſententiam de fiſco dicandis bonis, aut morte infligenda, non præceps feratur, ſed paululum ſuſpendat, & quid agat maturè conſideret. *Nulla de morte hominis cunctatio longa.* Illa quę vidit Ezechiel animalia, currum, eiuſque viuentes ſeu mobiles rotas trahentia, ſymbolum ſunt iudicum & gubernatorum, qui currum trahunt reipublicę, ſiquidem ſi figuram haberent Aquilæ, quæ ſumma volat agilitate, pariter & vultum præferebant bouis, cui proprium eſt non præcipitare ſed ſenſim procedere, vt

gradum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gradum figat tutiorem, qui tunc ſecurior figitur, quando non præcipitanter, ſed maturè proceditur. Phraſis eſt elegans S. Scripturæ, quæ iudices appellat, ſedes. *Illic ſederunt ſedes in iudicio.* Quis vidit vmquam ſedes ad iudicandum ſedere? Iudex quidem ſedet, ipſe enim iudicaturus ſedet: porro ſedes nec ſedet, nec iudicat; declarare intendit quòd ad iudicandum oportet ſint iudices tam ab omni paſsione liberi, tam quieti, tam tranquilli ac ipſorum Iudicum tribunalia. Hac de cauſa præcipitur, vt laturus ſententiam ſedeat: quò ſciat rem hic ſibi agendam cum ſumma tranquillitate, & quietudine, qualem in ſua ipſa ſede conſiderat. Eodem tono Daniel ait, quod Tribunal viderit, & ſedere iudicium: *Iudicium ſedit.* Quis vidit ſedere iudicium? ſedere competit Iudici: numquid & Iudicio? Docetur, quàm moroſè ac tardè ſit pronuntianda ſententia, iudiciumque faciendum.

IV. Iudices dicuntur ſedes. Pſ. 121. 5.

Dan. 7. 10

Tertiò moderari voluit, & cohibere Chriſtus Phariſæos, qui contra mulierem furioſi, & adhuc amplius contra Chriſtum conuenerant, quos ſic ſcribendo voluit vel parum cohibere. Diuinam indicauit D. Aug. ceremoniam illam Iudæis à Deo præſtitutam, quando vir dimittere vellet vxorem, quam D. Thomas expoſuit. Erant illi adeò peruerſi, vt vix vlla de cauſa quis ſuam repudiaret vxorem (a) & ſua ablegaret ſocietate. Deus huic illorum aliquantulum condeſcendens cordis duritiei (vt Chriſtus ait) noluit in lege ſcripta illis ex toto hoc interdicere, ſed ſtatuit, vt qui vellet vxorem amandare, primùm illi libellum conſcriberet repudij, & hoc illo fieret modo (teſtatur D. Aug.) quia aliquid velle ſcribere apud Iudæos, ſuam habebat difficultatem, eo quòd ſanctas illas litteras in ſimilibus occaſionibus ſolis licitum erat ſcribere Doctoribus. Quicumque ergo voluerit vxorem ſuam dimittere ob aliquod patratum ab illa facinus, vel acceptam moleſtiam, vel conuerſationi tædium; vadat, inquit Deus, & libellum iubellum iubeat ſcribi repudij, in quo proponat, & enarret quidquid inter vtrumque tranſactum eſt, quem deferat ad Scribas, qui illum pariter exſcribent. At quid hæc omnia, Domine Deus? vt illos obſtringam, ne quid temerariè & motu primo choleræ faciant, ſed parumper ſe contineant, & quo tempore Doctorem inquirunt, cum eo loquuntur, ſuas proponunt rationes ſcedulaque conſcribitur, ſanguis refrigeſcat, feruens cholera deferueat, locum habeat Scriba aliquid obijciendi, vt hanc coniugum ſciſſuram, rimamque conſolidet. Hinc (inquit D. Thomas) ortum eſt, vt in cauſis iudicialibus per ſcripturas procedatur, vt tu aliquid prætendens, illud ſcripto tradas, vt pateat manifeſtius, id quod petis, & interim paſſio ſe remittat inordinata. Hinc iterum noſtra Prædicatorum ſacra conſtitutio deſumpſit diſponere, ſicut diſponit, vt Prælati nullum contra ſubditos proferant mandatum bile commoti, atque paſsione conturbati; quo vero Prælati modereतur, ordinat nullum valere mandatum præceptiuum, quod ſcripto non tradiderit: hoc etenim indicatur, quòd iam ad minus, quo tempore ſcripſit, ſi non in toto ſaltem in tanto cholera deferbuerit. Vtinam hoc faceretis, quando vobis aliqua referunt in proximi detrimentum, vel narrant delatores: hoc & hoc talis fecit vel dixit in tui calumniam: ſi priuſquam quid tibi agendum ſit concludas, te ipſum parumper contineres, cum viris doctrina venerandis conferres, integrum conſcriberes libellum, quàm te ſuauiter ab ira temperares!

☞ 40. V. Veſanorum eorũ reprimeret. L. 19. contra Fauſtum c. 16. 12. q. 10. Art. 2. ad 2.

(a) A dos portres, Matth. 9.

VI. Cur ſcribatur liber repudij

Quartò: mens ea fuit Chriſti Iudæos diſponere (ſic notant D. Ambroſ. & D. Greg.) quatenus primò conſiderent non tantos contra pauperculam mulierem tumultus excitandos, quæ infirma erat, terræque figmentum: conſultiùs autem fuiſſet illius compati infirmitati, quàm tanto contra eam furore conſurgere: *Vera iuſtitia compaſſionem habet* (inquit D. Greg.) *falſa verò dedignationem.* Eo fine præcepit Deus (inquit idem Greg.) vt acceptabile ſimilæ ſit ſacrificium offeratur calefactum & in ſartagine frixum oleo deſuper infuſo. Vult etenim cor ardeat iuſti, zeloque diuini flagret honoris contra peccata, quaſi ipſa frigeret, ſed oleum infundendum eſt miſericordiæ, & compaſsionis erga peccatorem, ita vt procedendo contra peccatum quaſi contra inimicum, amorem præferat, & peccatori quaſi proximo compatiatur. *Conſpergatur ergo oleo meus, quæ in ſartagine frigitur, quia in ſanctis zeli diſtrictione neceſſe eſt, vt ex miſericordiæ virtute, & ardeat & clareſcat.*

VII. Vt illos doceret compaſſionem. Epiſt. 18. & 79 ad Studium. L. 12 Moral. c. 13. D. GREG. Hom. 34. in Euang. Hom. 12. Ezech. ad fin.

VIII. Allegoria. Leuit. 6. D. Greg.

Notatu digna eſt illa hiſtoria, quæ, vt talis duobus in locis calamo deſcribitur Spiritus S. qui refert & ad amuſſim peccata trutinat, nominatim verò nefandas ſacrilegi Regis Achaz idololatrias, cuius impietati parum erat multa variaque dæmonibus offerre ſacrificia ad

„ IX „ Confirmatur „ hiſtoria S. „ Scripturæ.

4. Reg. 16. & 2. Par. 28. 3.

tantam inſuper aſcendit mentis peruerſitatem, vt ipſis proprium offerre filium non exhorreſceret, transferens per ignem: ſcelus tam Deo abominabile. *Inſuper & filium ſuum conſecrauit transferens per ignem ſecundum idola gentium, quæ diſſipauit Dominus coram filijs Iſrael.* Nec tantæ malitiæ ſuffecit vnum litare filium, ſed multos vt notat S. Scriptura, *Luſtrauit filios ſuos in igne iuxta ritum gentium* Et pro vt Regis ad exemplum totus componitur orbis: imitati ſunt ſubditi regis impietatem, & in ſimiles, tantaſque deuoluti ſunt idololatrias, vt contra populum Deus irritatus eum multorum tradiderit regum poteſtati, per quos grauiter luerunt: etenim primo Raſin rex Syriæ multos eorum occidit, & regem ad vltimas compulit anguſtias: deinde rex Iſraël multa illis intulit incommoda, quinimo Phacee filius Romeliæ cum legionibus ſuperueniens: *Interfecit centum viginti millia in die vna, omnes viros eo quod reliquiſſent Dominum Deum patrum ſuorum &c. Ceperuntque filij Iſrael de fratribus ſuis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, & infinitam prædam, pertuleruntque eam in Samariam.* Reuerſus igitur princeps ille tam illuſtri victoria celebris, tantiſque manubijs ſpolijſque prædiues criſtas ſupra modum ſuperbus attollebat, ſibi de tanto ſupplicio congratulatus, quibuſdam occiſis, alijs abductis in captiuitatem, Obuius procedit illi Dei vates Oded, quem coram omnibus ſic alloquitur: ô princeps inclyte hoc noueris: *Magnus furor Domini imminet vobis.* Iam brachium extulit, vt horrendo vos mulctet ſupplicio. Qua de cauſa Propheta ſanctiſſime? Numquid non Deus iſtos manibus noſtris tradidit idololatras, vt dignam ſceleribus ſuis reciperent vindictam, illoſque pro merito puniremus? vtique. Cur igitur nobis indignatur, numquid præceptum eius impleuimus, & diuinæ maieſtatis percuſſimus offenſores, præmium magis mereri nos quis dixerit, quàm ſupplicium. Verum eſt (inquit Propheta) quòd illos Deus in ſuorum pœnam peccatorum veſtris tradiderit manibus, vt iuſtum erat puniendos: attamen vera requirit iuſtitia, vt ex vna parte caſtigando malefactorem pro grauitate criminis, quia deliquit, ab altera ei compatiaris ſaltem quia frater tuus eſt homo tui ſimilis, tu autem vt ille infirmus: vos verò ſupplicium intuliſtis ſine compaſſione, ſine miſericordia, inaudita crudelitate, læuaque nimis atrocitate contra illos procedendo; quaſi

X. Grauiter punit Deus immiſericordes.

nõ homines eſſent: non fratres veſtri, ſed feræ immaniſſimæ. *Ecce iratus Dominus Deus patrum veſtrorum contra Iudam, tradidit eos in manus veſtras & occidiſtis eos atrociter, ita vt ad cælum pertingeret veſtra crudelitas &c. Peccaſtis ſuper hoc Domino Deo veſtro.* Verba notatu digniſſima. Actum exercuiſtis iuſtitiæ puniendo facinoroſos, quos Deus veſtræ tradidit poteſtati; porrò in hoc graui vos ſcelere obſtrinxiſtis, ita vt ad cælum pertingeret veſtra crudelitas, quia ſceleratos atrociter oppreſſiſtis, & hoc fert Deus moleſtiſſimè. In confeſſo eſt, quòd Deus facinoroſos iudicis tradat poteſtati vtique caſtigandos: ea namque intentione ſtatuit in mundo iudices: porrò miſericordia & compaſſione pœnam temperent, non atrociter, non crudeliter iudicent ſed condolendo miſero in tale facinus prolapſo conſiderantes quòd ſuus ſit ex eadem natura frater, & ipſe ab eodem Deo creatus, cæloque deſtinatus: quòd & ipſi in eoſdem imo turpiores potuiſſent defectus incidiſſe, ſi ab eis ſicut ab altero, manum Deus ſubtraxiſſet auxiliatem. Eſt autem hoc adeò neceſſarium, vt bene dixerit D. Amb. poſſe aliquando grauius eſſe iudicis peccatum, reum condemnando, licet e iuſtitia, quàm illud, quod reus ipſe commiſit, prout paula ante diximus. Hunc voluit Dominus in iſtis defectum declarare, qui nulla mites compaſſione contra pauperculam procedebant rigoroſè mulierculam, ſed tanta feroces atrocitate, vt dicere liceret: *Ita vt ad cælum pertingeret crudelitas veſtra.*

§. 18 *Scribit in terra Dominus, adulteram iudicaturus, quo iudicem præmoneat, vt reum iudicaturus, eius pariter compatiatur infirmitati, propriam agnoſcendo.*

VOluit ſimiliter Dominus in terra ſcribendo, Phariſæi ſecundò conſiderarent quòd ſi mulier hæc figmentum eſſet terræ, & vt infirma corruiſſet, ipſi non ærei eſſent, ſed terreni debiles adeò, vt minimo contactu digiti diffindi poſſent, & diſſolui. Igitur in hoc agendi modo Saluator illis indicat quòd hanc conſpicientes mulierem, & ſeipſos pariter conſiderarent: quia hac non erant muliere adulteta ſanctiores. Hoc præ cæteris in Iudæis Chriſtum acerbius irritabat, (a) quòd teti-

Iudæi cõſiderent ſeipſos.

(2) Deus à Dies euro ſtra

eſſent in conſiderandis, & condemnandis aliorum peccatis, cum indignatione & aliorum deſpectu, nec ſua, quę erant grauiora, conſiderantes. Olim contriſtabantur & vehementer angebantur; videbant enim, quòd ſe Deus ab eis ſubtraheret, eorum repelleret petitiones, nec coram ſe eorum vellet admittere poſtulata: cauſam curioſiùs inquirebant, & factam ſibi à Deo iniuriam eſſe iudicabant. Vocat Deus Iſaiam Prophetam aitq; illi: moroſi ſunt illi, & irritati ex eo quod illos negligam, nihili faciam, preces non exaudiam, cupiuntque noſſe rationem. Eò perge, ſuumque illis propone peccatum, quò me ſummoperè ad iram prouocarunt. *Annuntia populo meo ſcelera eorum & domui Iacob peccata eorum.* Catalogum eorum illis prælege quòd coram Deo ſint hypocritæ pauperibus crudeles, propriæ voluntatis amici, voluptatum ſectatores, nominatim autem digitorum extenſores. Illis prædicito vates: *Cum deſieris digitum extendere:* tibi propitiabor. Adſit mihi Deus, quis hic defectus, extendere digitum? Erat illis familiare huius & illius extento digito defectus notare illum condemnantes, cum ex ratione eſſe iudicarent, vt ſeuerè puniretur, ſeipſos non attendentes; etenim licet exteriùs boni eſſent, interiùs tamen erant execranda ſentina peccatorum.

Iſa. 58.9.

II. Quid ſit extẽdere digitum.

Inquirit D. Aug. cauſam condemnationis illius Pharisæi, quem Chriſtus proponit virum ieiunantem bis in ſabbato, ſoluentem rite decimas, non periurum, non impudicum. Quæ igitur cauſa damnationis? Illum conſidera, monet D. Aug. quòd ad ſuos non reflectens defectus, digitum extenderet, aliumque ſignaret publicanum peccatorem dicens *Non ſum ſicut cæteri hominum, raptores adulteri &c. velut etiam hic Publicanus.* Sibi de alia formatus eſſe videbatur maſſa, de alia genitus natura, iuſtum eſſe, vt Deus illi ſuis adeſſet benignus muneribus, publicano verò ſæuus ſupplicijs. Illum intuere digitum extendentem: *Velut hic Publicanus* Et hæc eius fuit cauſa perditionis etenim ſi illud quod Chriſtus de Phariſæo dixit attendamus, illam inuenire non eſt facile, prout proſequitur. Tradit idem doctor neceſſarium eſſe, vt qui bona facit opera, eadem Deo adſcribat, auctori eorum principali, & quâ ratione defectu huius multi bonorum operum offerentes ſacrificia, condemnentur quia ſacrificia non ſunt laudis qualibus ipſe Deus ore Dauidico

☞ 44. III. Quę cauſa damnationis Phariſęi. In illud Pſalmi 93. Beatus quem tu &c. Luc. 18. 10.

D. Aug. in illud Pſ. 49. Sacrificium laudis honorificabit me. To. 8.

ſe velle declarat honorari. *Sacrificium laudi honorificabit me.* Cum non illi, ſed ſibi ipſis eorum attribuant gloriam. Hoc locato fundamento argumentatur D. Aug. iuxta illud bona fuerunt bonorum operum ſacrificia, quæ fecit Phariſæus: quia Deo gratias agebat de omni quod fecerat, bono, & hoc conſitens ſic ſuam orditur orationem: *Gratias tibi ago Deus, quod non ſum ſicut cæteri hominum, raptores, adulteri &c. Ieiuno bis in ſabbato, decimas do omnium quæ poſſideo.* En quali principio orationem incipiat Deo gratias referendo bonorum omnium quæ in ſe eſſe gloriabatur, diuinę adſcribens gratiæ, in ea ſe non lapſum fuiſſe peccata, in quæ cęteri hominum: quod inſuper, & ieiunaret, & decimas ſolueret, & eleëmoſynas erogaret &c. *Gratias Deo agebat, ex eo quod bonum in ſe habebat.*

IV. Deo bonorum operum laus adſcribenda. Pſ. 49. 23.

Vt quid igitur acceptum non fuit Phariſæi ſacrificium cum illud obtulerit recognoſcens Deum, vt omnium quæ in ſe habebat bonorum largitorem, & illi gratias agens tam quòd in multa non corruiſſet infirmus facinora, ita ſimiliter quòd in varijs ſe pietatis operibus conſtanter deuotus exercuiſſet. Hoc eſt illud ſacrificium laudis quod Dauid acceptum Deo eſſe prædicat. *Sacrificium laudis honorificabit me,* Gratus videtur eſſe, inquit D. Aug. verumtamen perfectè gratus non eſt: cum eo ipſo quòd gratias ageret Deo, quòd eius gratiâ à peccatis fuiſſet præſeruatus, & virtutem ad opera facienda pietatis accepiſſet, ſeipſum humiliare debuiſſet, propriam agnoſcens miſeriam, mentiſq; infirmitatem: ſi enim Dei gratiâ fultus non fuiſſet, ipſe qui cæteris ſe iactabat ſanctiorem, dicendo: *Non ſum ſicut cæteri,* cæteris fuiſſet longe ſceleratior, vt poſtmodum docuit D. Paulus qui hanc ſtatuit confeſsionem in argumentum humilitatis: *quid habes quod non accepiſti, & ſi accepiſti, quid gloriaris?* Non ita fuit in hoc Phariſæo ſed ex illo ipſo tumoris ſumpſit occaſionem, & proximi ſui publicani deſpectus, vt ſeipſa illum deſpexit, illum digito denotans, dicendo: *Velut etiam hic Publicanus.* Non etenim tibi ſua Deus munera communicat vt illis ſuperbus intumeſcas & aſperneris alium, cui hæc non conceſsit: ſed vt eo ipſo intelliges, quòd de eadẽ cum illo ſis maſſa formatus & in te ipſo plura quàm alter bona poſſideas, gratias Deo referendo, qui mera ſua voluntate tibi conceſsit illud, quod alteri negauit, eidem tenerè compatiaris, tibique timeas, qui ſicut ille labi

V. Propriã Phariſæus nõ agnouit infirmitatem.

Luc. 18. 11.

pote, & ſi hactenus lapſus non fueris, ex eo fuit, quòd hanc tibi gratiam Deus indulſerit, ac manu ſua te, ne caderes, ſuſtinuerit, permittens vt alter laberetur: *Quamuis bonum aliquid in te ſit, quamuis iam intelligas non ex te eſſe quod bonum eſt, ſed à Deo te accepiſſe, tamen eo ipſo ſi te extuleris ſuper alium non habentem, inuidus teneris non laudator Dei eris.* Hic fuit Phariſæi defectus, qui vnde ſe humiliare, ſibiq; timere debuiſſet inde ſuperbus deſpexit illum, cuius miſereri debuiſſet, illum digito denotans verboque contemnens: *Velut hic Publicanus.*

D. Ven. loco cit.

VI. Eodē vitio laborabat Simon Phariſæus.

Eodem peccato laborabat Simon ille Phariſæus Chriſti Saluatoris inuitator, qui intrantem videns in domum ſuam ſanctam illam peccatricem Domini, pedibus prouolutam, crines ſpargentem, vnguenta effundentem, oſculantem, lachrimantem extendit digitum ſignans Redemptorem, vt ignorantem accuſans: *Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vtique &c.* & illam denotans, ait, *peccatrix eſt*, & vt talis merito ædibus expellenda. Hoc erat eorum ſcelus, & ipſum eſt, quo nunc accedunt digito notantes hoc mulieris peccatum, eiuſque humeris totum iuſtitiæ rigorem inijcientes. *Hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio.* Eorum extento digito, & ſignanti ſuum Chriſtus opponit, illos denotans in terra: *Digito ſcribebat in terra.* Proprio namque vocabulo illos Dominus terram appellauit, auribus eorum bis terue ſuggerendo. *Terra, terra, terra, audi verbum Domini.* Quatenus ſe ipſos conſiderent, quòd terra ſint mollis & infirma, quę minimo digito ſculpta huc illucque dilatatur: & hoc à vobis poſtulo, vt vel parumper ſcalpatis, & vos ipſos inuenietis velut ſepulchra dealbata, quæ à foris parent hominibus pretioſa, intus autem ſcatent vermibus, putredine, oſſibuſque mortuorum. Vtinam parùm perſcalperes, illamque tolleres laruam, quàm citò detegeres, qualiter illud altare in quo te Deus vult figurari, quod nitidam habens faciem calce leuigatam in cuius ſuperficie ſcripta erat Dei lex, intus habere duros & impolitos lapides, quos vt videas, nihil aliud eſt neceſſarium, quàm digito leuem illam calcis tollere ſuperficiem.

VII. Phariſęos Chriſtus terrā eſſe oſtēdit. Ierem. 22. 29.

VIII. Similitudo.

Videns iudicem cuius manibus tradunt proceſſum quem cùm cœperit inſpicere, digitum extendit calamum arripit, & ad marginem plani format aſteriſcum q. d. hic latet quod maximi eſt momenti ad huius cauſæ deciſionem: Hoc agit Chriſtus: tradunt illi proceſſum Phariſæi huic adulteræ intentatum: ipſe verò manum extendit, & ſcribit in terra q. d. Aduertite eſt hic aſteriſcus; illam inſpicite infirmam, & vos in nullo robuſtiores, ſed grauioribus quàm illa criminibus nequiores; huic reſpondet Apoſtoli conſilium, ſi quando videris proximum delinquentem illi compatere, taliq; modo contra illum procedas, vt & te ipſum inſpicias. *Conſiderans te ipſum* quòd ex eadem maſſa prodieris, & ſi ceciderit ille habuit occaſionem qua ſi tu premereris peiora longè patrares, & ſi ille in hoc deliquerit, tu delinquas in alijs. Sunt quidam, qui ſic peccatis indignantur alienis, quaſi ipſi forent impeccabiles. Hoc in ſuis amicis tulit Iob impatienter; ex poſitore D. Greg. qui eius ſic acriter defectus arguebant, quaſi nullos ipſi haberent, aut habere poſſent. *Quare perſequimini me ſicut Deus? & carnibus meis ſaturamini?* Quantum conijcio, chariſſimi, vt Deus eſtis, quibus peccare ſit impoſſibile, ſiquidem, vt tales me reprehenditis, toto me furore mordetis, & veſtros in carnem meam & infirmitates dentes acuitis. Si defectus ego patior velut homo, vos ab illis, velut Deus, non eſtis immunes. ſi ſubſim infirmitatibus, quia de carne formatus ſum, non eſtis ære ſolidati, vos ipſos amici conſiderate, & diſcetis quod ſi vos feſtuca in oculo proximi ſcandalizet, vos in veſtro trabem geritis grauiſſimam. Hoc (inquit D. Greg.) agit Chriſtus cum Phariſæis. *Ad aliena peccata punienda ibant, & ſua relinquebant. Reuocantur itaque intus ad conſcientiam, vt priùs peccata propria caſtigarent, & tunc aliena reprehenderent.*

IX. Propria peccata conſideranda. Galat. 6.

Iob. 19. 22.

X. Non eſtis ipſi ...

D. Greg. l. ... 

Habemus præclara Spiritus S. per Salomonem verba. *Ante iudicium interroga te ipſum*, priuſquam quempiam condemnes, interroga te ipſum, num in te ſit aliquid, quod condemnari mereatur. Si tibi iudicium ſit ferendum de alterius infirmitate, tuam priùs amice conſidera, quod ſi alter in vno deliquerit, tu fortè & non fortè in duobus deliquiſti. Nefas eſt verba D. Ambroſij præterire qui ſumpto ex vatis Abdiæ verbis fundamento ſic ait. *Scriptum eſt ... non gaudebis ſuper filijs Iuda in die perditionis eorum (ver. 12.) & ne magnaloquaris in die perditionis eorum, ſed quoties mihi peccatum alicuius lapſi exponitur, compatiar, non ſuperbè increpem, ſed lugeam & defleam & ſuper alia fleo meipſum ipſum dicens, iuſtificata eſt magis Thamar, quàm ego*, de quibus aliàs, iudex S.

Eccl. 18. 20.

D. Amb. l. 2. de pœnit.

*Ante iudicium præpara iuſtitiam tibi, & antequam loquaris, diſce.* Eximia valde verba, quibus explicandis modo non licet inhærere. Hanc aſſumpſit D. Amb. doctrinam, vt argumentum, quo ſtultam gentilium retunderet calumniam, quâ Chriſtianos naſo ſuſpendebant, illis obijcientes, vt diligenter inſpicerent, quem ſibi ducem eligerent, quem virum celebrarent ſanctiſſimum Dauid, cuius pſalmis Iudæi ad decantandas Dei laudes vtebantur & inter Chriſti parentes primipilum ſtatuebant hominem, adulterum homicidam cuius impudicitiæ non ſufficiebat fideli ſibi ſubdito Vriæ tollere vxorem in pellicem, inſuper & eum iuſſit occidi, vt tanto ſecurius ſcorti frueretur amplexibus: qui nec vllam vellent admittere rationem, quâ viri peccatum extenuaretur, nec conſiderare quod noſtra docet lex Euangelica, tali modo à nobis peccata conſideranda aliena, vt noſtra pariter peccata noſtramque perpendamus infirmitatem *Bene admonet Euangelica lectio etiam cum peccatum apparet ſolum tamen eſſe non debere iudicis iudicium ac memorem vnumquemque eſſe oportere ſuæ conditionis & meriti.* Eſt autem (inquit) hoc ita neceſſarium, vt aliquando maiorem iudex admittat culpam iudicando reumque condemnando quàm ſit ipſa rei nocentis culpa. Itaque contingere poteſt, vt grauius ſit peccatum iudicis, qui tumore & arrogantiâ inflatus, nulla motus compaſsione, nullo ductus humanitatis affectu, ipſe grauiorum reis criminum facinoroſum condemnat, licet ex iuſtitia, quam ipſius facinoroſi delictum. Notate ſententiam. *Sæpè enim in iudicando maius peccatum iudicis eſt quam peccatum ipſius de quo fuerit iudicatum.* Et proſequitur Doctor eleganti diſcurſu confirmans, quàm ſtrictè teneatur is qui alterum iudicat, primò ſeipſum iudicare, ne forſan alterum ob leuiores damnans culpas, ipſe ſit ob grauiores meritò condemnandus.

Eccl. 18. 19. — D. AMB. Apol. 2. de Dauid. T. 1. — XI. Index aliquando grauius peccat quam reus.

XII. Et hoc principio contra gentiles agit qui vt nos reprehenderent, peccatum Dauidis exaggerabant. Non nego, reſpondet peccauit Dauid, at duo profero, quæ & Dauidis extenuant peccatum & veſtram damnant manifeſtè peruerſitatem. Primum erat Dauid rex potentiſſimus: En igitur veſtros attendamus Reges, Imperatores, & Principes, quis ex illorum numero mille non commiſit adulteria turpiſsima, inceſtus, ſcandala, homicidia crudeliſsima? Singillatim illos inſpiciamus: etenim veſtrorum optimum Imperatorum longè peioribus, & nefandioribus inuenietis peccatis irretitum. Secundùm dico, quod ſi Dauid vel ſemel peccauit, egit totâ vitâ pœnitentiam, vnicò verbo à Propheta commonitus, in ſe reuerſus eſt, non ob hoc in Prophetam excandeſcens, ſed illum accepit obtinendæ remiſsionis interceſſorem, nec non tam aſperam ſuſcepit pœnitentiam, vt tantas noctibus ſingulis effunderet lacrymas, vt illis ſtratum ſuum rigaret affluenter. Numquid tale factum veſtris in regibus aut imperatoribus eſſe prædicatis? *Peccauit Dauid quod ſolent reges, ſed pœnitentiam egit, & fleuit quod non ſolent reges.* Si illum peccatorem attendas attende pœnitentem, & quod peccauit ſicut homo, ſuumque agnoſcens reatum egit pœnitentiam: hoc quippe modo delinquunt iuſti. *Si errauerunt iuſti, errauerunt tamquam homines & peccatum ſuum tamquam iuſti agnouerunt.* Porrò vos ſicut diaboli peccatis non enim de commiſsis doletis præteritis; inſuper & his annectitis grauiora, ſemper in malitia veſtra contumaciores. Priuſquam Dauidem condemnetis, vos ipſos intuemini, etenim vos reperietis ipſo Dauide millies nequiores.

XII. Diſputans c. 3. D. Amb. Dauid diſpeccatum extenuat. — D. AMB.

Quintò: inclinans ſe Dominus hac occaſione, quâ mulierem illi adducunt tanto grauatam onere, indicare voluit, quod pondus illud ſuis eſſet humeris impoſiturus q. d. Diſcite, quòd veni in mundum vt meis totius mundi peccata humeris imponantur: huius igitur pondus illis inijcite. Conceptus fuit maioris ingenij D. Aug. quem vt talem, bis reperit ex quo ſumpſit D. Greg. notans quòd diuino quodam conſilio Chriſtus in Euangelio camelo ſe compararet, in eo quod dixit quòd Iudæi camelum deglutirent & in alijs locis prout ipſi declarant. Creauit Deus camelum in fatigati subleuamen, vt eius onera deferat, vnde inſtinctum illi dedit omnino mirabilem: equidem quaſi hoc cognoſceret, vt quem iam videt prope ponderibus prægrauatum, ilico ſe inclinat, demittit, flectitque poplites q. d. hoc mihi debetur, hoc mihi ferre incumbit, hoc ego grauabor, tu verò exoneraberis. Nouit cœleſtis ille camelus Chriſtus eo animo ſe à Patre miſſum in mundum vt omnium onera peccatorum in ſe ſuſciperet, quibus ille grauaretur, nos ne liberi gauderemus. *Ad ſuſcipienda noſtra mortali atis onera ſponte deſcenderat*, inquit D. Greg. & Iſai. *Poſuit in eo Dominus iniquitatem omnium noſtrûm.* [illegible] Dauid [illegible] nomine. *Supra dorſum*

45. — XIII. Chriſtus venit in mundum noſtra ſuſcepturus peccata. — l. 1. qq. Euang. q. 35. & l. 2. q. 47. l. 1. Moral. c. 14. Matt. c. 23. — IX. Chriſtus camelo comparatur. — D. GRE. — Iſai 53. 6. — Pſ. 128. 3.

*ſum meum fabricauerunt peccatores.* Quinimo hoc ipſum Dauid intellexit, quando commiſſo illo ſuperbiæ peccato, delectu populi ſui facto, peccati ſui grauitatem agnoſcens ex pœna, quâ Deus illud iam puniebat, tundens ſibi pectus, ingemiſcens exclamauit: *Peccaui valde hoc facto, ſed precor Domine, vt transferas iniquitatem ſerui tui: quia ſtultè egi nimis.* Quid ais o Dauid vt tuam: Dominus transferat iniquitatem? *Vt transferas iniquitatem ſerui tui?* Num forte luſus eſt ioculatorius hiſtrionum? (a) O profundum Sacramentum! Quando lapſus eſt in prægrande illud adulterij peccatum cum Bethſabee, nec non Vriæ homicidium, cum multis (a) interiectis, & ſummâ Prophetæ Nathan diligentia, culpam agnouit, eiuſque grauitatem intellexit, ſuam emiſit illo lamentabili gemitu confeſsionem *Peccaui Domino.* Cui Nathan: *Dominus tranſtulit peccatum tuum.* Animæquior eſto, ô Rex, Dominus tranſtulit peccatum tuum. Propitius ſit mihi, quis hic loquendi modus? Nonne meliùs, breuiùs, clariùs dixiſſes Deus tibi ignoſcit? Minimè, non enim hoc tantummodo dicere voluit, ſed & modum exprimere. Omnia nobis peccata per Chriſtum remittūtur à Deo. *Conuiuificauit nos in Chriſto, donans vobis omnia delicta,* inquit Apoſtolus. Quid indicas? Quod tu hoc commiſiſti: porrò cum vires tibi non fuerint tanto leuando ponderi, nec ſumma capitalis tanti ſatisfaciendi condigna ſceleribus, ipſe illa ſoluit, ea ratione, vt tu onus feceris, ille vero tulerit, & modus quo peccata dimiſſa ſunt hominibus, ille fuit, vt Chriſti humeris imponerentur, illis ipſe grauaretur, illi exonerarentur. Hoc Dauidi Nathan: Iam tuum Deus à te tranſtulit peccatum in humeros filij ſui, pondus grauiſsimum: tu peccatum commiſiſti, ipſe perfecta, & rigoroſa illud ſoluet ſatisfactione. Hic legitimus eſt ſenſus verborum Iſaiæ: *Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit.* Illud verbum, *Tulit,* ſignificat: *à ſe tulit* q. d. noſtra in ſe ſuſcepit onera, & patet: etenim ſignificans Euangeliſta D. Matthæus impletam hanc eſſe Prophetiam, ſic ait: *Infirmitates noſtras accepit.* Ex græco legitur: *Aſſumpſit,* quod ex mente D. Thomæ ſignificat: *Ad ſe ſumpſit.* Illum modò contemplare factum: Camelū, inquit D. Aug. *Qui humiliatus onera noſtra ſuſtulit.* Sit ſemper benedictus.

2. Reg. ca. 24. 10.

XV. Cur dicatur Dauidis peccatū tranſlatū

(a) *De paſſa paſſa.*

(a) *Deſpues de tantas datas y preſas.*

2. Reg. c. 12. 23.

*Ad Col. cap. 2. 13.*

*Iſai. 53. 6.*

*Matth. 8. 17.*

3. p. q. 2 art. 7. 8.

D. AVG.

§. 19. Iterum inclinans ſe, digito ſcribebat in terra. *Scripſit Chriſtus eorum peccata, quo illos confuſos eliminauit.*

PHariſæi paſsione obcæcati non intellexerunt, quid illis Dominus vellet indicare, quinimo crediderunt, quòd ictum declinaret & diuerticula quæreret, & qui reſpōdere non poſſet, tempus extenderet, ſeque excuſaret: inſtiterunt igitur tantò vehementiùs, quantò certiùs credebant, quòd iam illum ſuperaſſent, & quod non reſponderet difficultate conſtrictus interrogationis. Arbitrati ſunt Chriſtum Salomonis ſecutum fuiſſe conſilium. *Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: Sin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato & confundaris.* Igitur arbitrati, quod illum illaqueaſſent, neſcientem quid reſponderet, cœperunt ſinguli reſponſum vrgere vehementiùs. Magiſter reſponde, Magiſter quid dicis? Ne nos vlteriùs detineas, quouſque animam noſtram tollis? Ad reſponſum anhelamus. O mentis inopes an Spiritus S. doctrinæ ignoratis, quòd qui grauioris dubium quærit difficultatis, morari debeat ad reſpondendum? Etenim Magiſter interrogatus, vt reſpondeat prudenter, duobus debet immorari. Primò ſtudio, conſiderationi, & propoſiti dubij meditationi. Secundò: nedum debet ſuo ruminari intellectu, vel libros euoluere, ſed inſuper & Deum conſulere eius lumen implorare, quò difficultatem intelligat, & verba ſoluendæ difficultati depromat aptiſsima: notum quippe eſt, quòd ſine Dei fauore & luce nulla poſsit aptè difficultas intelligi, quantò minùs declarari. Hoc illis indicat verbis: *Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum, & ſic deprecatus exaudietur, & cōſeruabit diſciplinam, & tunc exaudietur.* Cui incumbit interrogata declarare, ne velox ſit in reſpondendo, ſed in ſe reuerſus, ſtudijs intentus Deum pro lumine deprecatus, diſponat ſolutionem. Hoc eſt *parabit verbum.*

S. Theologiæ D. Thomas Magiſter tantâ vir clarus doctrinâ, in quibuſlibet grauioris momenti dubijs, ſibi vel ab alijs propoſitis, vel occurrentibus, ad ſtudium continuò recurrebat, & orationem, primò tamen ad orationem, quàm ſtudium: vnde prudentes adeo reddidit ſolutiones ſummè difficilibus quæſtionibus, vt, teſte ipſo Papa Ioanne 22. tot fuerint miracu-

51.

I. Cur Chriſtus ſtatim non reſponderit.

Eccl. cap. 5. 14.

II. Non ſtatim reſpondendum.

Eccl. cap. 33. 4.

III. D. Thom. ante ſolutionē quæſtionū orabat & ſtudebat.

cula, quot eius reſponſa. Et Clemens Papa octa uus hoc de eius libris protulit teſtimoniũ, quod immunes eſſent *abſque vllo prorſus errore.* Sic nobis eſſet agendum qui in rebus grauibus ab alijs conſulimur, non tam præcipitanter, vt facimus, reſpondendo, dando vt multi cum ſuis ſententijs de lucro ceſſante, & damno emergente fœneratoribus largas ad ſua lucra contractuſque licentias, & ipſis impudicis qui ſuis inhærent laſciuijs non præcipiendo proximas vt amoueant occaſiones, nec non ijs, qui aliena retinent, effuſam, ne reſtituant dando facultatem.

Quæſtio eſt, ô Scribæ & Phariſæi, quam obijcitis, tantæ difficultatis, vt ille, qui Deo ipſo ſcientia eſt inferior, dare non poſſet tam prudentem vt decet reſponſionem: ſolus etenim ipſe cõiungere poterat ſummum legis Moyſaicæ rigorem ſummæ Euangelicæ, quam prædicabat, miſericordiæ. Parumper exſpectate, permittite, vt in re tam graui modicum temporis immoretur. Nolunt, ſed moleſta prætendunt inſtantiâ illum cogere, vt ſe improuidè præcipitet, vt in hanc vel illam partem deijciat, vnde grauiter inſtant, ſuam expediat, ſolutionem. Erigit ſe Chriſtus, & diuinæ ſuæ ſapientiæ ſententiam profert conuenientem.

L.2. cõtra Pela. T. 2.

*Qui ſine peccato eſt veſtrûm, primus in illam lapidem mittat.* D. Hieronymus ait, quod in græco legatur hæc vox [illegible], quod ſignificat irreprehenſibilis. q.d. Moyſi non contradico, nec latæ ab eo legi repugno.

IV. Chriſti reſpõſio.

Quid ait Moyſes? vt moriatur & lapidetur adultera. Huic non contradico, ſed hoc enuntio, vt manibus non cereat rea nebulonum. Integer vitæ ſceleriſque purus, primus in illam lapidem mittat. O diuinam ſententiam. Non dico, non cædatur virgis latro, ſed hoc pronuntio, non illum condemnet latro ſceleſtior. Non dico, homicida non puniatur porrò non illum occidat, qui millies mortem meruit homicida nefandior. Audiamus D. Bern.

D. BER. Serm. 2. de Annun.

*Verbum fuit abbreuiatum ſed viuum & efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti. Quam grauiter enim ad verbum hoc ſaxea corda transfoſſa? Quam vehementer hoc vno lapillo contritæ ſunt lapideæ frontes &c.* Hic Dauidis eſt lapis, quem fronti infixit gigantis, quo carneam terram ignominioſè deiecit. Hic eſt ille lapis, abſciſſus ſine manibus, quia de cæleſti prodijt ſapientia, qui ſtatuam illam euertit diuerſis conflatam metallis Principibus, Phariſæis, Doctoribus, Sacerdotibus, quorum machinas in puluerem redegit arenæ maris ſimilem

Admirabilis ſententia (teſtatur D. Aug.) quæ ſeruat iuſtitiam, & præparat ad miſericordiam ac benignitatem. Non ait, non lapidetur: non enim cõducit contra legis pronuntiare iuſtitiã. Non ait: lapidetur, ne legis ſuæ Euangelicæ cõtradicat miſericordiæ. Loquatur D. Aug. *Dicat quod dicere debes, manſuetus & iuſtus, qui ſine peccato eſt veſtrum, in illam prior lapidem mittat. Hæc vox iuſtitiæ eſt. puniatur peccatrix, ſed non à peccatoribus. Impleatur lex ſed non à præuaricatoribus legis.* His dictis iterum ſe Ieſus inclinat, & ſcribit in terra. D. Hier. opinatur quòd eorum ſcripſerit peccata. Ex communi SS. Patrum opinione, prima vice quã ſe Dominus inclinauit ſcripturus in terra, non ſcripſit eorum peccata in particulari, ſed non niſi ſententiam aliquam communem. Dicunt aliqui, quod hæc fuerit: *Scribe viros iſtos ſteriles.* Alij hanc: *Terra audi verbum Domini.* Alij illam: *Recedentes a te in terra ſcribẽtur.* Vel hoc voluit ſtratagemate eorum retundere ſuperbiam, & obligare, vt in ſeipſos, oculos retorquerent, vel in eis aliquid eius operari, quod hanc ſcripturam expendentes diximus. Altera verò vice ſcripturam exarauit adeò myſterioſam, vt (ſic hoc notante D. Bon.) eorum accuſatorum ſinguli hanc inſpicientes, ſua peccata ſcripta clarè & diſtinctè aduerterẽt, crederentque ſinguli, quòd ſicut illi ea videbãt, cæteri quoque, qui præſentes aderant, eadem & viderint & legerint, eſſe'q; eorum vita cunctorum oculis patentiſſima. Nec hoc multum, etenim qui ſuis dare potuit talem virtutẽ Apoſtolis, vt vnum verbũ pronuntiando, in eo quiſque proprium ſuum ac naturale audiret idioma: potuit & eandem huic ſcripturæ communicare virtutem. Poteſt artifex ſpeculum conflare cryſtallinum, quod vnum cum ſit & ſimpliciſſimũ, illud tamen inſpiciendo; quiſque ſuum in eo proprium conſpicit vultum, eiuſque omnes circumſtantias ac qualitates. Aptiùs poterat ille Dominus omnipotens alterum componere ſpeculum, in quo quiſque diſtinctè propriæ vultum conſcientię, cunctaſque eius ſigillatim poterat notare malitias.

47. Dani. c. 2.
Tr. 33. in Ioan. T. 9.
V. Seruat iuſtitiã & profert miſericordiam.
D. AVG. l. 2. cõtra Pela. poſt. medium.
VI. Quid Chriſtu ſcripſerit Prima & Secunda vice.
Ier. cap. 22. 30.
Ier. cap. 22. 19.
Ier. cap. 27. 13.
L. de vita Chriſti cap. 68.

Rogabat ſponſa ſponſum, diuina diuinum: *Fuge dilecte mi & aſſimilare capreæ, hinnuloque ceruorũ.* Latent ſerpentes, & viperæ ſpelęis ſuis, antriſque concluſa, accedit ceruorum hinnulus, os intromittit; & exſufflatiſilico prodeunt omnes in lucem & deteguntur. Opus hoc eſt hodiernum

VII. Chriſtus ceruorũ hinnulo cõparatur.
Cant. ca. 8. 14.

diernum diuini ſponſi, qui, velut hinnulus ſe inclinat, & diuinæ ſuæ flatu potentiæ cogit, ad lucem, vt prodeant ſerpentes, viperæque criminum, quæ eorum pectoribus, velut proprijs antris deliteſcebant abſcondita. Ni fallor, infelices illos contemplatur David, illiſque ait hoc, quod aliàs expendimus, & hic plus iuſtò

Pſa.61.4. quadrat: *Quo vſque irruitis in hominem vniuerſi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ?* Amentes, excerebrati quouſque tandem in viſum hunc turmatim irruetis, qui inſtar eſt parietis in vnam partem inclinati, & inſtar lapidum cumuli, qui ruinam minatur? Cauete vobis, infelices, cadet enim, vos opprimet, vos interficiet. Ita quidam illud interpretantur: *Interficitis vos*, quod intelligitur paſſiuè. Vos ipſos interficitis, vobis ipſis mortem

VIII. Similitudo. accerſitis. Quàm ille mente captus eſt, qui accedens ad parietem ſi videret inclinatum, proximumque caſui, circumiẽs graui conaretur illum impetu proſternere? Caue tibi mortalium ſtultiſsime: cadet etenim teque ſuâ opprimet ruinâ. Hoc illis David intimat, hoc hodie completur. Ad Chriſtum turmatim accedunt, ille ſe, velut paries inclinat. Procul abſcedite miſeri, illum relinquite. Nolunt illi, ſed parietem impetunt, coguntque Chriſtum, vt reſpondeat. Omnes ergo perdemini, ſicut & perditi ſunt: cum illos ſummo rubore confuderit. Nihil homini poteſt eſſe magis ignominioſum, quàm vt Deus ſuum illi peccatum, quale eſt, clarè deſcribat: nullum etenim eſt feræ roſtrum, nec ſerpentis aſpectus, ſed nec ipſius dæmonis, qualis eſt peccati, quando Deus illud, quale eſt, ipſi proponit peccatori: nullum malum quale illud, illi eſſe cenſetur.

IX. Summa peccati grauitas. Vel ſemel tantum, cum ſuum Deus Caino depinxit fratricidium, tam horrendum illi viſum eſt, vt ſpem omnem abiecerit miſericordiæ: & in rei veritate, ſi tibi Deus tuorum obijceret malitiam peccatorum, qualia illa ſunt, niſi ſua te manu fulciret, talia tibi viderentur, vt de diuina bonitate deſperares. Ita diximus hanc vnam fore duriorem pœnam, quâ Deus in die iudicij puniet maledictos, ipſis gehennalibus ignibus grauiorem (vt opinatur

Ora.22. quæ eſt de iudicio, ante medium. D. Baſ.) qua diſtinctè ſua illis exponet iniquitates, hoc præcinente David: *Arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.* Cum remiſſa eſſent Dauid peccata, quando contemplabatur illa, prout ea Nathan ei propoſuerat, ſic de ſe

Pſ.49.21. teſtatur: *Non eſt ſanitas in carne mea, non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.* Pſ.37.4.

Ita Phariſæis ſua Chriſtus obiecit crimina, quibus ita confuſi ſunt, vt cælum ſuper ſe ruere arbitrarentur. O maxime Moyſes, Chriſte Domine, qui digiti virgam extendis in terram, & muſcæ ac cyniphes oriuntur adeo mordaces, vt licet quis duritie Pharao ſit, ipſum omneſque repellant, inquietent, & eliminent Ægyptios, vt non ſit qui conſiſtere, qui poſsit quieſcere, longè fugiunt, & quibus ſe abſcondant, quærunt latibula, ſic illis contigit, quàm confuſi, quàm perterriti vnus poſt alterum citiùs aufugiunt, vt non ſit, qui vel verbum eloquatur, vel faciem audeat attollere, vel vnus.

Videtur in illis implere, quod per Ezechielem prædixerat & D. Hiero. expendit: *Scies, quia ego Dominus, vt recorderis, & confundaris, & non ſit tibi vltra aperire os præ confuſione tua.* Scribit Plinius potentiſsimum medium eſſe fugandi & terrendi leones crudeliſsimos, qui noctibus horrendis oberrant rugitibus, ſi quis ſubito facem accenderit, cuius lux eorum perſtringat oculos: etenim quàm primum illam conſpexerint: quantumlibet carniuori ſint, terrentur & aufugiunt, nec diutius audent coram ea conſiſtere, quocirca cecinit Poeta.

Ezech. 16. 63. L. 2. in Ezech. Plin. lib. 8. cap. 16. Leones terrentur.

*Ardenteſque faces, quas quamuis ſæuiat, horret.*

O crudeliſsimi leones, quàm grauiter Chriſtum vndequaque circumcingunt, quos edebant rugitus, quàm parati, vt illum deglutirent? Cum iam illi feruentiùs ac faſtuoſiùs inſtarent, facem de digito ſuo Chriſtus accendit tanta luce radiantem, vt ex illa, quæ de face radiabat quiſque ſua videat execranda ſcelera, quæ omnium oculis indicabat eſſe manifeſta. Quo factum eſt, vt fugam omnes capeſſerent, nec vnus quidem ſuperſtite: *Vnus poſt alterum*, commoti, confuſi, turbati, vt illud Dauidici liceat occinere: *Catuli leonum rugientes, vt rapiant* &c. *Ortus eſt ſol, & in cubilibus ſuis collocabuntur*; En qualiter illos deſcribat nobis Euangeliſta fugientes: *Vnus poſt vnum exibant.* Notat autem D. Ambro. quod ait Euangeliſta pudore ſuffuſos ſe prorupiſſe: *incipientes à ſenioribus*: cum enim eorum vita tantis eſſet ſceleribus infamis, quo diutiùs viuebant, eò committebant grauiora: cæteris ſeniores, cæteris erant nequiores vnde magis erubeſcebant, &: *Vnus poſt vnum exibant*

Pſ.103. D. Amb. Epiſt. ad Iren.

*bant. Ipſi plura habeãt crimina, qui diutius vixerãt*, inquit D. Amb. Et indubiè illis hoc accidiſſe confideo quod ſuperbis illis Aſſyrijs Dei populum in Bethulia coronâ militari cingẽtibus: Abſcindente enim Iudith ſuperbi caput Holofernis: *Fugit mens, & conſiliũ ab eis, & ſolo tremore, & metu agitati fugæ præſidiũ ſumunt ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo ſed inclinato capite, relictis omnibus, euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audiebãt, fugiẽtes per vias camporum, & ſemitas collium.*

Iudith. c. 15. 2.

§. 20. *Se probat Chriſtus verum Deum, dum ad lucem profert accuſatorum adulteræ peccata ſecretiſſima.*

☞ 49. D. Aug. Oratione contra quinque hæreſes Tomo 6. Iſa. 45.

TOrũ hoc opus perpendit D. Aug. & in argumentũ aſſumit, quô cõuincat Iudæos, probetq; Chriſtũ verũ eſſe Deũ: hoc etenim opus (inquit ille) poſuit Iſaias in probã & manifeſtationẽ verę Chriſti diuinitatis. Illam primò ſuppoſuit Propheta dũ ait: *Tantum in te eſt Deus, & nõ eſt Deus abſque te: Verè tu es Deus abſcõditus, Deus Iſrael ſaluator.* Quia vero iſte erat obijcere ſi Deus erat abſcõditus, nobis indicaret, qua illũ ratione poſſemus agnoſcere: ſubiungit opus ab illo patrandũ ſuę ſigillũ diuinitatis: *Ad eũ venient & cõfundentur omnes qui repugnãt ei* Ita legit D. Aug. iuxta Septuaginta ſcribẽs: *Confundẽtur & erubeſcẽt omnes aduerſantes ei, & ambulabunt in cõfuſione.* Noſtra vero vulgata lectio ſic habet: *Cõfuſi sũt & erubuerunt omnes ſimul abierunt in confuſionem fabricatores errorũ*, in quale nomen illis affigat: *Fabricatores errorũ*, quod idem eſt ac cõpoſitores laqueorũ, & inuentores inſidiarũ. Illi confundẽtur, erubeſcẽt, & cõfuſi ex eius præſentia fugiẽt, quouis paſſu celerius illos intuere (notat D. Aug.) *Vnus poſt vnũ exibãt incipiẽtes à ſenioribus.*

I. Opus eſt Dei cordis ſecreta reuelare.

Vero verius opus eſt hoc vnum quo Chriſtus Dñs clarius oſtẽdit quàm vnquã, ſe verũ Deũ, quòd illa Scriptione ſecretiſſima penetralium ipſorũ peccata in lucẽ produxerit, & ſingulis ſua tã manifeſtè oculis obiecerit vt paulò ante ex D. Bonau. ſententia retulimus. Etenim primò: illis euidenter Chriſtus oſtẽdit, quòd abditiſſimas cordiũ illorũ penetraret cogitationes, quæ ſoli Deo cognoſcendæ reſeruantur, vt præteritis diebus diximus. Secundò: illa ad lucem ita produxit, vt in illa ſcriptura quam in terrę puluere exarabat, quiſq; ſua cõſpiceret tã diſtinctè, tãq; clarè conſcripta, vt mero pudore confuſi, corã Chriſto diutius hærere, non præſumerent.

Ho. 15. Nu. 31.

Prodigioſæ æquè ac mirabiles fuerũt illæ plagæ, quibus obſirmatũ Deus rebellemq; puniuit Pharaônẽ in illis, & per illas diuinę ſuę potẽtię dans argumentũ. Quædã illarũ per manũ fiebãt Aaronis, aliæ per manum Moyſi, vt expendit D. Aug. Inter has ſingularis omnino ac myſterioſa fuit illa plaga, quã operatus eſt in cineribus, quâ magnates illos confudit Satrapas, & incantatores Iamnes, & Mambre, qui teſte D. Pau. cęteris fuerunt cõtumaciores, nedum in illo quod Moyſi credere, eiuſq; miracula, ac prodigia approbare noluerint, verum & in eo, quod illi cõtradixerint, ſe fortiter oppoſuerint, eiuſq; nomini corã populo detrahere ſtuduerint, quãdo illa cunctis patrabat inſpicientibus. Et cum ita ſit, quòd illi ipſi eorũ agnouerint magnitudinẽ virtutemq; Moyſi planè eſſe diuinã, ſic enim eam inter ſe fatebantur, quando patratô cinipbũ miraculo, ad quod eorum poteſtas erat infirmior: dixerunt: *Digitus Dei eſt hic.* Se nihilominus opponebant Moyſi, pertinacem fouebant Pharaônis animum, & populum, ne fidem illis adhiberet retrahebant.

L. qq. in Exo. q. 31

II. Plaga ex cineribus myſterioſa.

Exod. c. 8. 1.

Vocat Dominus Moyſen, aitque illi: *Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cœlum corã Pharaône* &c. Sit Pharao præſens, aſſiſtẽt malefici, videant omnes, id quod agitis, ne fortè dicant eſſe præſtigiũ, habeantq; vos maleficos: *Eruntq; in hominibus, & iumentis vlcera veſicæ turgentes in vniuerſa terra Ægypti.* Ambo cineres hauſerunt Moyſes & Aaron: porro ſolus Moyſes in illis, & per illos edidit miraculum: *Spargat illum Moyſes.* Spargit illũ Moyſes & cinerem quaquauerſum diffundit, & continuò exortæ ſunt beſtiæ, & tam immunda, ac moleſta ſimul vulnera, vt confuſi pertinaces illi ſapientes ac obdurati pręſtigiatores, qui pręſentes aderant, terga ſubitò verterint non auſi coram Moyſe hærere diutius: *Facta ſunt vlcera veſicarum turgentium* &c. *Nec poterant malefici ſtare coram Moyſe propter vlcera, quæ in illis erant.* Quid hoc ſignificat?

Exo. ca. 9. 8.

III. Qualis hęc fuerit.

Fuit Moyſes tã mirabilis Chriſti figura, quàm obdurati illi ſapientes ac malefici prototypon Scribarum, Phariſæorũ ac inimicorum Chriſti adeo peruicacium, qui licet diuinam eius in miraculis, quæ videbant virtutem agnoſcerent, illa tamen calumniabantur, & coram populo ne crederet, detrahere conabãtur. Quid remedij venias magnus ille Moyſes, & Moyſe potentior, operetur in terrę cinere. Ille ſparſit manibus

IV. Moyſes Chriſtũ magi Iudæos præfigurant.

puluerem in cælum, hic manũ ſuã ad terrã, vſq; demittit, eiuſq; ſpargit quaſi ſcribendo, puluerẽ. Quid cũ illo operatur? Vt in perfidis illis appareãt vlcera veſicarũ turgentiũ adeo manifeſta, vt in vulnera dilatẽtur, ipſiq; videant putredinẽ deforis effluentẽ. Aduerte, (monet D. Gr. Nyſſ.) Moyſen illũ non fuiſſe, qui ex ſe veſicarum turgentiũ produxerit ſaniẽ, quã peiorios confudit, eieciteq; maleficos: iã enim in ipſo corpore putredine ſcatebant, pariter & in corde: hoc autem egit, illã foras per veſicas eduxit ipſis prodigium inſpicientibus: *Quemadmodum ſi praui, & pernicioſi humores præcordijs ac in teſtinis lateãt, non accuſatur medicus quod eos ipſe fecerit ſed arte ipſos in cutem, vt appareant, traxit.* Fatentur omnes, quòd maleuolũ hoc Chriſtus non produxerit apoſtema, iã enim in eorũ latebat inteſtinis. Ipſe pregrauia illa nõ fecit peccata, quibus perfidorum præcordia laborabãt Phariſæorum: hæc enim opera ex eorũ prodierunt iniquitate, hoc autẽ egit, in cutẽ, & foras fœtidũ eorũ produxit apoſtema idque tam patenter, vt extremo ſuffuſi pudore: *Non poterant malefici ſtare corã Moyſe propter vlcera, quæ in illis erant.* Mirare illos, quàm cõfuſi, quàm territi diſcedant: *Vnus poſt vnum exibant.* Hic impletur Salomonis talibus prædictũ terriculamẽtũ: *Ne fueris hypocrita* &c. *Ne forte cadas, & adducas animæ tuæ ſub moratione, & reuelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te: quoniã malignè acceſſiſti ad Dominũ, & cor tuũ plenũ eſt dolo & fallacia.* Diuina verba, quæ licet ſuperius expoſuerimus, factũ tamẽ, de quo nunc agimus nobis oſtẽdit expoſita, quæ dixiſſe videtur tantũmodo Spiritus S. vt nobis, quid in hoc cõtigerit caſu, ſignificet.

D. Gr. Nyſs. Apud Lipomã. Exo. c. 9. fol. 66.

V. Cõfuſi fugiunt Phariſæi.

Eccli. c. 1. 37.

Ho. 12. num 3.

## §. 21. Qui ſine peccato eſt veſtrum &c.

*Apprehendit manibus Chriſtus duo extrema Iuſtitiæ & miſericordiæ, quò fugat impios, pro vt Iob proponit.*

50. QVi ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illã lapidẽ mittat. Inter difficiles illas quæſtiones, quas De⁹ Iob propoſuit circa illa quæ diuinæ ſoli omnipotẽtiæ, & infinitæ ſcientiæ reſeruantur, hæc fuit non leuis obſcuritatis: *Numquid tenuiſti cõcutiens extrema terræ & excuſſiſti impios ex ea?* Reſponde mihi, Iob: nũ tua forſan tãta potẽtia, vt manibus apprehẽdas duo extrema terræ à ſe maximè diſſita, illa concutias, quo in fugã impios cõpellas, ex eaque facinoroſos extermines? Quæſtio eſt hæc operoſa: vix enim inter Scripturæ interpretes, duo in eodem ſenſu cõueniunt. Dõne quis hic loquẽdi modus exoticus? Quid ſignificas, nũquid opus illud indicas, quod poſtmodũ egit Samſõ, qui ambabus manibus duas apprehẽdit colũnas, quibus tẽplũ Dei Philiſtijnorũ innitebatur, illaſq; cõcutiens, & quaſi cõiungens, vaſtã illã machinã ſolo proſtrauit, quo facto illuſtrẽ de hoſtibus ſuis triũphum retulit impiiſſimis? Altũ nobis vult proponere myſteriũ infinitæ ſuæ potẽtiæ, diuinæque reſeruatũ ſciẽtiæ, quòd veniẽs in mundum eſſet operaturus: quod licet ingenioſè declaret D. Gr. de quibuſdã Chriſti operibus nõ parũ obſtupẽdis: in hoc tamẽ quantũ ſapio videmus impletũ. Duo ſunt in terra extrema, ſuper quæ fundatur, & quibus innititur, ſi leges non eſſent, tribunalia, iudices, qui iuſtitiã exercẽt, reprimẽtes, refrænanteſq; temerarios & ſi non eſſet vnius in alterũ miſericordia perferẽdo, iuuandoq; nos inuicẽ. Sũt duo poli ſeu axes, ſuper quos globus ille voluitur vniuerſi. Sũt illi inter ſe diſtãtes, & velut vnũ extremũ ab altero: quoniã, quò miſericordia ingreditur, illò non intrat iuſtitia, & vbi ſequitur iuſtitia receditmiſericordia.

Iob c. 38. 13.

Iudic. 16. 29.

Lib. 13. mor. c.

I. Duo mundi extrema, miſericordia, iuſtitia.

Porro conſideres hodie, quòd Chriſtus potentiſſimas ſuas extendat manus, ambas apprehendat columnas, illaſque concutiat velut ſtamineas: *Concutiens extrema terræ.* Capit etenim in ſuo rigore & mera puritate iuſtitiam, & in ſua miſericordiam, illaſque ita coniungit, vt dicere liceat: *Iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.* Strictam puramque iuſtitiam miſericordiæ connectit puriſſimæ, quo fugat, terret, & quaſi virgã percutit impios, qui velut excuſſi de ſua velocius aufugiunt præſentia: *Vnus poſt vnum exibant.* Hic videtur illud (ex mente D. Bern.) quod ait D. Ioan. *Lex per Moyſen data eſt.* Ex vna parte columnam apprehendit iuſtitiæ ſtrictiſſimæ, in eo quod ait: *Qui ſine peccato eſt veſtrũ, primus in illam lapidem mittat.* Vides hic, inquit D. Aug. id quod procedit ex mera iuſtitia, quod ille, qui eiuſdem culpæ cum altero reus eſt, ob illam alterum non condemnet: etenim eãdem ſententiã condemnat ſemetipſum: notiſſima quippe eſt illa D. Pauli propoſitio: *Propter quod inexcuſabilis es, o homo, omnis qui iudicas alterum teipſum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.* Audiamus D. Ambroſium. *Quid tam diuinum, quàm iſta ſententia, vt is peccata puniat, qui exors ſit peccati? Quomodo enim feras alieni vlcerem, & proprij criminis defenſorem: Nonne ſe magis ipſe condemnat, qui in alio damnat quod ipſe committit?*

II. Vtrumq; Chriſtus apprehendit. Pſ. 84.

Serm. de domi. Ioan. 1.

In pſ. & Tract. 33. in Ioan.

Rom. 2. 1.

D. Amb. Epiſt. 76. ad Studia. I. 3.

Iuxta

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

III. Explica- Iuxta hoc fundamentum exponunt D. Baſil.
tur Chri- D. Amb. illud Saluatoris axioma: *Nolite iudi-*
ſti præ- *care, & non iudicabimini; nolite condemnare*
ceptũ de *& non condemnabimini.* Quid innuis Domi-
nõ iudi- ne? Numquid de mundo vis exterminare iudi-
cando. ces? Certum eſt quod non: etenim ſine illis in-
uerterentur omnia? quid igitur vis iudicare?
I. de Reg. Loquitur Dominus (dicunt illi) cum hominibus
breuio. illos erudiens, qualiter alios debeant iudicare,
reſp. 164. qualiter condemnare, ea nimirum ratione, vt
In cap. 7. ipſi in ſe ipſis ſimilibus non inquinentur ſceleri-
Matt bus, etenim ſi inquinentur eâdem, quâ alios,
Matt. ca. ſe ipſos condemnant ſententiâ: *Cum ſis ipſe tui*
7. 1. *conſcius delicti, dum alterum iudicas, in te*
D. Amb. *ipſum cogeris ferre ſententiam*, inquit D. Am-
In cap. 6. broſius: Et illud voluit Chriſtus ſignificare,
Luc. T. 3 qui poſtquam dixiſſet: *Nolite iudicare* &c *No-*
*lite condemnare, & non condemnabimini*: ſub-
iungit: *In quo enim iudicio iudicaueritis, iu-*
D. Avg. *dicabimini. Iudex eſſe vis*, quærit D. Auguſt.
ſerm 94. proſecutus hoc argumentum: *Prius prope te eſto*
de temp. *iudex in te, prius iudica de te, vt de penetrali*
cap. 4. & *conſcientiæ ſecurus procedas ad alterum, In te ip-*
ſequent. *ſum redi, te attende, te diſcute te audi* &c. Vide
Tom. 10. fundamentum, inquit D. Auguſt. meræ iuſtitiæ:

IV. Reus reũ *Qui ſine peccato eſt veſtrum* &c. *Non ait: occi-*
non iudi- *dite, non ait: dimittite, ſed ait: qui ſcit ſe ſine*
cet. *peccato eſſe, primus in illam lapidem iaciat. Iuſta*
*lex, quæ iubet adulteram occidi, ſed hæc lex iuſta,*
D. Avg. *miniſtros habeat innocentes. Attendite quam du-*
In pſ. 50. *citis: Attendite qui eſtis.* Porrò perpende, (inquit
Tom. 8. D. Aug.) quàm in malã partẽ acceperint actũ hũc
Ibidem in iuſtitiæ ſibi Domino propoſitũ. Videtur, inquit
pſ. 50. in ipſe, cum illis egiſſe id, quod cũ Dauide per Na-
illud than Prophetam. Huic virum proponit affatim
Quoniã opulentum, gregibus ouiũ abundantem, cui cum
iniquita- amicus ſuperueniſſet hoſpes, cumque martiali
tẽ meam. cœna vellet excipere, proprijs parcens gre-

V. David gibus, vi furtoque abſtulit viri pauperis oui-
reus ſe culam, quæ vnica illi erat, & ſicut filia ſibi chariſ-
reum dã ſima, quam vt vitam diligebat, quam qui raperet,
nauit. viro quoq; vitam adimeret. Oculos ſuos in huius
viri crimen, & non in ſuum, Dauid reflectebat,
☞ 51 quod in humeros reiecerat. Mantica a tergo.
In virum ouiculæ raptorem rugit vt leo Viuit
Dominus quia filius eſt mortis, qui fecit hoc:
2. Reg. *Suam inquit rem nondum agnoſcebat, & ideo*
cap. 12. *alienã non ignoſcebat.* Quid rerum agit Prophe-
D. Avg. ta? Crimen tunc regis exponit oculis illique ait:
*Tu es ille vir.* Hoc quoque noueris in te vibrari
ſententiam, quam tuliſti, de eodem enim crimine
reus eſſe conuinceris; *Propheta abſtulit à dorſo*
*peccatum, & ante oculos poſuit, vt videret illam*
*ſententiam tam ſeueram in ſe eſſe prolatam.*
Aperit oculos ſuos Rex, agnoſcit culpam, & hanc
iuſto metuiſſe ſe pœnam intelligit, in ſe reuerſus,
ad lamenta confugit pœnitentiæ, ſe culpæ reum,
pœnaq; dignũ confitetur: *Peccaui Domine*: in hoc
eius ſalus. Magna fuit illa Domini miſericordia,
quâ Dauidis aperuit oculos, vt in ipſo eodẽ caſu,
quo tãto rigore peccatum damnauerat alienum,
ſuum perſpicuè videret enormius.

Hanc quoq; Chriſtus Phariſæis facit miſericor-
diã. Quales veniũt adulterã producẽtes, vt ſeue-
riſſimi cõtra illã iuxta legis ſuæ præſcripta, iudi-
ces? Quã inſtanter vrgẽt, premuntq; Saluatorẽ, vt
hæc ab illo cauſa decidatur? Quid agit? Grauio-
ribus ac turpioribus ipſi contra eandẽ legẽ ſce-
letibus nocentes arguebantur: illa eorũ proponit
oculis, vt diſtinctè illa clarèq; videãt: hoc etenim,
vt diximus, fecit in terra ſcribẽdo. Eia agite Pha-
riſæi, cũ vobis oſtenſum ſit, quod ſi prætẽdatis, vt
mulier hæc, quòd contra legẽ deliquerit Moyſi in
vno lapidari mereatur, vos in trecentis delique-
ritis, ob quæ digni eſtis incẽdio cõcremari: vtinã
hoc Dauidis ex vobis audiretur: *Peccaui Domine!*
vtinam veſtras agnoſcentes iniquitates, & eas
quidem execrandas, quiſque de ea diceret illud
Patriarchæ Iudæ de Thamar: *Iuſtior me eſt.* Non Gen. cap.
hoc agunt, ſed turbati, confuſi, & velut digiti 38. 26.
Saluatoris virga concuſſi, quæ ſcripſerat in terra, VI.
aufugiunt erubeſcentes: *Vnus poſt vnum exibant.* Cõſidera
En tibi, qualiter *excuſſit impios ex ea* Vtinã dum teipſum,
alterum iudicas cuiuſdam infirmitatis reum, tibi dũ alterũ
ob oculos tuas ipſe proponeres peruerſitates, vti- iudicas.
nam attenderes, quod ſi ille deliquit in vno, tu in
multis & grauioribus delinquas. Vtinam attenta
mente reuolueres, quòd eo ipſo, quo lapidem in
alterum mittis in multò iuſtius fore mittendum.

Notat D. Hier. quòd Dñus in hoc facto, & aliã VII.
illis præſtiterit miſericordiam, hanc nimirũ quòd Cur Chri-
illos pudore ſuffuſos abire permiſerit, quos ibidẽ ſtus Pha-
detinere potuiſſet, vt ſuas ipſas contemplantibus riſæos
iniquitates, tempus, locumq; dando, ſimiliter eas abire per-
cæteri viderent, & in illis pœna inciperet inferni, miſerit.
hæc nimirum, qua miſeri ſua ſemper peccata ob
oculos habent, vt illa ipſi videant, q; cæteri: quo-
circa eorum eſt æterna cõfuſio. Hoc Angelus Da-
nieli prædixit: *Quidam euigilabunt in opprobriũ* Dan. cap.
*ſempiternum, vt videant ſemper.* Quod aliàs de- 12. 2.
clarauimus. Attamen dare voluit illis diſcedendi
locum, ſi forte cognitis ſuis peccatis proprijſque D. Hier.
obiectis oculis, illa pœnitentes emendarent: *De-* L. 2 cõtra
*derat verecundia eorum clementiſſimus Iudex* Palag.
(inquit D. Hieron.) *ſpatium recedendi.* Illis pag. 217.
iam egreſſis, *remanſit ſolus Ieſus & mulier* T. 3.

*in medio ſtans.* Diſcipuli non receſſerant, nec turba populi quæ ad Chriſti concionem confluxerat, & præſens adſtabat, quando mulierem adduxerant Phariſæi, quinimo omnes ibi remanſerunt. Hoc credo Euangeliſtam indicare, dum ait: *Remanſit in medio*, quod intelligo eum voluiſſe dicere in medio infinitæ multitudinis, quæ ſermonem auditura conue-
Luc. 18. 17. nerat, de qua ſic (quantum conijcio) D. Luc. teſtatur: *Cum hæc diceret erubeſcebant omnes aduerſarij eius & omnis populus gaudebat in vniuerſis, quæ glorioſè fiebant ab eo.* Hoc etenim præſens facinus inter illa glorioſa connumero. Omnes igitur vnus poſt vnum calumniatores abierunt gradu adeo feſtino, vt erigens ſe Dominus, qui inclinatus erat, ſcribens in terra eorum potuerit videre neminem.

☞ 52. VIII. Alterum extremũ miſericordiã Chriſtus apprehẽdit.
Cum ergo manibus vnam extremam terræ columnam apprehendiſſet, rigidam nempe iuſtitiam, manum injicit alteri, ſcilicet miſericordiæ, conuerſuſque ad mulierem, percunctatur, Mulier, vbi ſunt qui te huc adduxerunt accuſatores? Num te quiſpiam eorum condemnauit? Qualis erat tunc illa mulier, quàm anxia inter ſpem, metumque dubia fluctuans:
D. AVG. Epiſt. 4. ad Macad. T. 2.
*Poterat timere* (ſic D. Auguſtin.) *illa ne diſcedentibus illis, qui erant cum peccato, lapidaretur ab eo, qui erat ſine peccato.* Legis enim zelo Chriſtus ardebat: verumtamen ille, qui iuſtitiæ extremum exercuerat, exercet modo miſericordiæ. Aliquiſne te condemnauit? Non, Domine, condemnauit. Igitur: *Neque ego te condemnabo.* Hic Dei tecum ſuſpice miſericordiam, qui nullatenus ex parte ſua te condemnabit, ſi ex parte tua non habeas, qui te accuſet, contra inſtet, teque condemnet: non enim venit te conquinaturus, ſed abſoluturus, non occiſurus, ſed tibi vitam largiturus.

1. Theſſa. c. 3. 9.
Miror D. Pauli ſententiam: *Non enim poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus cum illo viuamus.*

IX. Deus ex ſe nos nõ punit.
Non creauit nos Deus, vt perderet nec in mundo poſuit, vt damnaret: ſatis enim ſuam manifeſtat intentionem, qui vt nos ſaluaret, & eriperet de morte, proprio filio non pepercit, ſed in mortem tradidit, vt vitã viueremus ſempiternã.
L. 8. in c. 2. Iſaia.
Expendit D. Hieron. quod ipſe Deus, his conformiter, per Prophetas ſuos declarat, quòd ex ſe nos minimè condemnet, ſed nos ipſi nobis cauſa ſimus ſuppliciorum, quibus nos puniri tam ſeuerè ingemiſcimus. In Iſaia verba trutina Dei de vinea: *Quis dabit me ſpinam & veprem, in prælio. Gradiar ſuper eam? Succendam eam pariter?* Numquid non ego lilium roſaque fragrantiſſima? Numquid vineam mihi plantaui, vt illam eradicarem? vt exurerem? vt demolirer? *Quaſi dicens* (interpretatur D. Hier.) *quis me docebit: vt durus ſim, & meam vincam clementiam, & in prælio, & certamine truculentus incedam, & gradiar ſuper vineam, quam antea ſeruaui & ſuccendam eam, quam meo ſepſeram muro? Iuxta hebraicum hic eſt ſenſus, Quis me faciet durum atque crudelem, vt vincam naturam meam?* In Ieremia loquitur Deus, agens de ſupplicijs populo ſuo inflictis: *Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi. Iſta malitia tua.* Loquitur (ſic D. Hier.) *ad vrbem Ieruſalem, quod viæ illius, & cogitationes, quibus opere, & ſermone peccauit, fecerunt ei euenire omnia, quæ euenerint.* In Ezechiele examinat illa Domini verba ad Prophetam, *In medio domus exaſperantis habitas*, & ait, *pro exaſperatione dici crebro amaritudinem, vt ſit ſenſus: In medio domus ad amaritudinem conuertentis tu habitas, quæ Deum natura dulcem atque clementem, vitiorum ſuorum amaritudine amarum facit, atque crudelem: alioquin de Deo legimus: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt Dominus, ſiue dulcis.* In Ocea appendit illa verba Domini ad Prophetam: *Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis ejus ſuper eum veniet.* Id eſt, vt ait D. Hieron. *Ephraim amaritudine ſua amarum me fecit, qui dulcis ſum, vnde & ſanguis ejus ſuper eum veniet, id eſt, ipſe cauſa mortis ſuæ eſt.* In Michæa ad illa verba *Ecce egredietur Dominus de loco ſuo, & deſcendet & calcabit* &c. Sic infert D. Hieronymus: *Qui mitis eſt, & benignus, & cujus natura clementia eſt, veſtra cauſa cogitur perſonam, quam non habet, aſſumere & calcare* &c. Sicque ad illum locum Zachariæ in illa loquendi forma: *Egredietur Dominus de loco ſuo.* Idem D. Hieron. id quod nos dicimus de ſuis egredi caſulis. Locus Deique domus eſt miſericordia, clementia, manſuetudo. Nos illum peccatis noſtris illa extrahimus domo, & cum nobis exoptet vnicè bene facere, nos duris afficit ſupplicijs. Igitur, ſi tu neminẽ prodeas, qui te cõdemnet, ne timueris, quòd ex ſuo ſit Deus te condemnaturus. Diligenter attende num quis aliùs ſit, qui contra te vrgeat iuſtitiam, quique graues deponat querimonias, Perpende, num

Right margin notes: Iſ. 27. 4. — D. Hier. l. 8. in c. 27. Iſa. T. 4. — Hiere. 4. 18. — D. Hier. l. 1. in c. 4. Hiere. T. 5. — D. Hier. l. 1. in c. 2. Ezech. T. 4. — Pſal. 33. — Oſe. 12. — D. Hier. l. 3. in c. 12. Oſe. T. 5. — D. Hier. l. 13. in c. 1. Mich. Tom. 5. — Mich. 1. — Zach. 14. — D. Hier. l. 3. in c. 14. Zach. — X. Peccatis noſtris ſumus condemnati.

coram Deo peccata conſiſtant, quæ contra te
in iudicio vociferentur.

Hoc Dominus per Ieremiam nos docuerat:
☞ 53 *Arguet te malitia, tua & averſio tua increpabit*
Hiere. 2. *te.* Tua te accuſabit iniquitas, te confundet, cō-
19 tra te conteſtabitur. Numquid in mentem tibi
venit Cain; Quis illum proſcripſit? Audi Do-
Gen. c. 4. minum, hoc illi intimantem: *Ecce vox ſanguinis*
10. *fratris tui clamat ad me de terra.* Voces emit-
Pſ. 50. 50 tunt peccata contra peccatores, illa ſunt quæ
grauiorem illis intentant litem: *Peccatum meū*
*contra me eſt ſemper.* Semper vociferatur, ſem-
per inclamat. Quid tibi perſuades, quòd iſta tua
luxuria contra te iuſtitiam non expoſtulet? San-
guis ille proximi, quem ferociter effudiſti? Fa-
cultates illę pauperū, quas latro rapuiſti? Illi vi-
duę ſingultus, ac lachrimæ quā atrociter oppreſ-
ſiſti? Vocat Ionā ad ſe Deus, præcipit illi, vt per-
gat in Niniuen, dicatq; ex ore Dei: *Adhuc qua-*
Iona. 1. 2. *draginta dies & Niniue ſubuertetur.* Quis te cle-
mentiſsime Deus ad hoc impellit? Audi ſpon-
dentē; *Aſcendit malitia eius corā me.* Cōtra eam
propria clamat malitia & conteſtatur iniquitas.
Quando pars inſtat contraria, petitque
iuſtitiam, non poteſt iudex non proce-
dere. At labora, vt aduerſa tibi pars deſiſtat, ta-
ceat, non vrgeat, illico iudicē habebis tibi placa-
tiſsimum.

O Dauid, quid in die iudicij times tibi cōtra-
XI. rium? *Cur timebo in die mala?* Dicā ego, quòd i-
Dauid in dicem times ſeuerum, irritatum, ac tremendæ
die iudicii nimis maieſtatis? Nō hoc vereor, diuinā ergo ti-
ſibi timet mes iuſtitiam, quę tam ſtrictè ſuper te mala dif-
a peccatis fundet? Nequaquā. Infernū, dæmoneſq; formi-
Pſ. 48. 6. do? Quid igitur in hoc iudicio mali exhorreſcis?
Audi quid timeſt: *Iniquitas calcanei mei circū-*
*dabit me.* Verbum *Circumdare* militare eſt, ſūp-
tum ab obſidione ciuitatis, & quā dux illā cona-
tur euertere, ſicut olim Ioſue vrbē Iericho, quod
timeo, peccata mea ſunt, illa mihi crudū inferēt
bellum; quod ſi nulla ſint, quæ me cōfundāt, inſi-
mulēt, & cōdēnent, iudicē habeo mihi propitiū,
XIII. qui dicet: *Neque ego te condemnabo.* Hoc tibi ti-
Et ab his mendū, inquit D. Iacobus, Helluo diuitiarū, cui
ſibi time cor eſt ad pauperes velut ęreum, cū horrea tibi
ant pec- capiāt præ tritici abundātia, vt à vermibus cor-
catores. rodatur, & arcæ ſeu ciſtæ tot veſtibus repleantur,
vt à tineis corroſæ depereant, & indigos perire
præ neceſsitate nō erubeſcis. Triticum illud, illa
te condemnabit tinea. Tu verò reipublicæ ſan-
guiſuga, qui ſanguinē exſugis pauperū, & ſudo-
rē tibi detines operariorum, tuis proximū vſu-
ris, dolo circumuenisti: Time, pauperes etenim
illi oppreſsi, & circumuenti, te coram Deo con- Iacob. 5. 1
demnabunt, & contra tuam voces dabunt per-
tinacem animi duritiam: *Agite nunc diuites, plo-*
*rate vlulantes,* &c. *Ecce merces operariorum, qui*
*meſſuerunt regiones veſtras, quæ fraudata eſt à*
*vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini*
*Sabaoth introiuit.* Et tu laſciuè ſcortator, cui
nihil tuæ curæ eſt, quàm tuas paſcere voluptates,
tuam exaltare familiam magnificis operibus,
latiſsimis cubiculis, periucūdis porticibus, lectis
mollioribus, Dei, eiuſque immemor obſequij,
tuis tantummodo ſatisfaciens appetitibus; time:
lapis ille ſuperfluè nimis elaboratus, & erecta
illa pauperum impenſis, altius ædificia te teſtes
accuſabunt: *Lapis de pariete clamabit, & lignū,*
*quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit,* Habacuc
tibi prædicit. Hoc tibi cauendum: circumda- ca. 2. 11.
bunt enim te, & corona cingent aduerſaria
tuæ viuendi diſſolutiones, illæ te ignibus ad-
iudicabunt. Si tu ex tua parte, partem
non pariaris aduerſantem, eſto ſecurus, ex
parte ſua te Dominus haudquaquam condem-
nabit.

Ex his educit D. Ambroſius, expoſitionem XIII.
huius Chriſti ſententiæ: *Ego non iudico quem-* Quomo-
*quam. Non poſſum ego à me ipſo facere quidquam.* do Chri-
Quomodo dicis hoc Domine? Nonne dixeras: ſtus ne-
*Pater non iudicat, quemquam, ſed omne iudiciū* minem
*dedit filio?* Nonne tuus dixit Petrus Apoſtolus: iudicet.
*Ipſe eſt, qui conſtitutus eſt à Deo Iudex viuorum* Ioan. c. 8.
*& mortuorum?* Nonne tu ille, qui dicturus 15. Ioan.
es electis: *Venite benedicti,* & reprobis: *Diſcedite* cap. 5. 22
*maledicti.* Verum eſt, nec diffiteor, ſed de iu- Act. c. 10.
dicio loquitur condemnationis, & hoc vult 42.
indicare. Ego ex me & per me neminem con- Matt c.
demno: nihil tu habeas, nihil agas, quod 25. 41.
te condemnet; de me nihil tibi formidan-
dum. Loquitur inquit D. Ambroſius eo modo
quo iudex incorruptus cum reo: *Quaſi iudex* D. AMBR.
*loquitur. Conſtitue aliquem reum; conargutum,* Epiſt. 20.
*conuictum criminis, deprecantem, & voluentem* ad Horon
*ſe ad genua iudicis. Reſpondet ei iudex: Non* tia. l. 5.
*poſſum à me facere quidquid: ego non iudico ſed*
*facta tua te iudicant: ipſa te accuſant, & ipſa te*
*condemnant nihil ex me ego profero, non volun-*
*tati indulgeo ſed æquitati.* Et qua ratione, o Do-
mine, illa poſſet mulier condemnari tuæ tradita 2. Reg. c.
manibus miſericordiæ? O mulier, exclama cum 24. 14.
Dauide: *Melius eſt mihi, vt incidam in manus*
*Domini: multa enim miſericordia eius ſunt, quam*
*in manus hominum.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

§. 27. Remanſit ſolus, Ieſus &c. vade &c. *Sola remanſit hæc cum Chriſti peccatrix, tu quoque in vltimo vitæ ſpiritu ſolus remanebis, illam in omnibus ſoris tanquam Deus & Dominus abſolutus abſoluit.*

☞ 54 R*Emanſit ſolus Ieſus, & mulier in medo ſtans.* Iam, Chriſtus iuſtitiæ columnam apprehenderat, quo perditos illos iudicauit, illis euidenter ſuis ipſorum oculis demonſtrans quòd grauiores, quàm mulier hæc pœnas mererentur: erant etenim multò grauiora, ac iniuſtiora contra legem eorum commiſſa facinora. Nunc columnam apprehendit miſericordiæ, quâ mulierem abſoluit adulteram. Egreſſis igitur, fugatiſque calumniatoribus: *Remanſit ſolus Ieſus, & mulier in medio ſtans*, coram Domino. Priuſquam his finem imponamus, lubet argumentum proſequi ſatis vtile: licet enim certum eſſet, quòd nihil aliud huic eſſet exſpectandum mulieri quàm quod ſola coram ſupremo, veroque iudice remaneret: hoc tamen conſultum eſſet, tu quoque ſtudiosè conſiderares, qui tuas ſectaris voluptates, frænaque laxas diſſolutionibus, horam aliquando eventuram, quâ finitis delicijs, curſuque vitæ peracto, coram Deo ſolus inueniaris, nec ſit de terrenis aliquid, quod te, latus tibi claudens, comitetur. Audiamus Salomonem, qui declaratis incommodis ex adulterio profluentibus, atque impudicos ſequentibus ſuum ſic concludit argumentum *Et agnoſcent, qui derelicti ſunt: quoniam nihil melius eſt quam timor Dei & nihil dulcius, quam reſpicere in mandatis hominum.* Suas venentur ſcelerati voluptates ſuis obediant appetitibus, quaſlibet ſibi oblatas decerpant arbores, occaſiones arripiant peccatorum, tandem peracto vitæ tempore, ad vltimam tendentes metam, quando iam voluptates, deliciæ, opes, amici, & quidquid mundus habet, illos deſerent cum Deo ſupremo iudice ſe ſolos agnoſcent, decentque quantò ſuiſſet conſultius timuiſſe Deum, eiuſque ſancta mandata conſeruaſſe. Qualis tunc ingemiſcit ille, qui numquam aliud egit, quàm ſuis obtemperare voluptatibus cum ad vitæ terminum deductus, audit ſibi à medicis deſperatam ſalutem, & iam morti proximus, accepta cruce manibus, vt cum Chriſto de ſua agat ſalute, conſiderat, quàm cito coram illo comparere debeat iudice viuorum, & mortuorum, quem ſuis offendit ſceleribus, cuius promiſſa contempſit, cuius ludibrio excipit minas, ad cuius voces obſurduit, cui non deerunt accuſatores mille millia dæmonum, qui illum in altera vita, vt ſuum poſtulabunt, quibus in hac ſe ſeruum tradidit fideliſſimum, & ipſam conſcientiam rodentem viſcera miſerrimè patietur.

I. In hora mortis ſtabit peccator ſolus cum Deo.

II. Eius lamenta. Eccli. ca. 23. 37.

Ex ſua parte ſe ſolum inueniet: iam etenim deliciæ tranſierunt, terminatæ ſunt voluptates, finem inuenerunt diſſolutiones: non illum amici comitari, non poterunt hic remanentes infare facultates: *Remanſit ſolus Ieſus & mulier.* Quid, quæſo, proloquetur? Heu mihi, quantò ſatius erat ſeruire Deo? Quàm modò vehementer conſolarer, ſi Dei legem obſeruaſſem! O & qui numquam te Domine offendiſſet! Quoties proximum vides iam exſpirantē anguſtijs mille perturbatum, quoties alteram doloribus oppreſſam infinitis? Quid te habet mali Domine? Quid te cruciat Domina? vitam conſidero peccatis plenam, quibus irritaui Dominum, opera mihi deſunt pietatis, perpendo quòd Deum ob viliſſimam contempſi voluptatem, occurrit, quòd pluris fecerim momentaneam voluptatē, quàm Deum Deique beatitudinem. Quàm anxius in ſimili lucta languebat rex Antiochus, Quid te rex inclyte diſcruciat: *Reminiſcor malorum, quæ feci in Ieruſalem.* Vtinam hæc conſiderares, quòd ſolus ſis remanſurus cum tuis peccatis, coram tam æquo iudice, ſcilicet Deo condemnandus. Hic erat D. Auguſtini timor, *Væ mihi cum dicetur de me: Ecce homo, & opera eius.* Referunt Sācti hæc verba velut à Propheta prolata, & ait D. Amb. quòd verè ſint licet non nominet, & videtur eadem ſumpſiſſe ex D. Aug. D. Bern. *Tunc demiſſo capite præ confuſione malæ conſcientiæ ſtabo trepidus, & anxius vtpote commemorans ſcelera commiſſa, & cum dicetur de me: Ecce homo, & opera eius Tunc reducam ante oculos meos omnia peccata mea, & delicta.*

III.

1. Mach.

Quando hæc mulier coram Domino ſtetit, toto ſpectante populo, vt legis accuſata præuaricatrix, quam tunc millies optaſſet, numquam tale commiſiſſe flagitium? Quid dediſſet, vt nūquam tali conſenſiſſet adulterio, cuius voluptas in puncto tranſijt, & confuſio præſenſque pudor remanebat, quę nihil præter mortem timebat aliud? Felix attamen mulier, quæ ſi ſe miſeram doleat, ſe corā patre lætetur ſtare miſericordiarum. *Remanſit ſolus Ieſus & mulier.* Quid hic D. Aug. *Remanſit ægrota & medicus, remanſit miſera & miſericordia, miſericors & miſerator. Nemo te condemnauit? Nemo Domine. Neque ego te condemnabo, vade & amplius noli peccare.*

Chriſtus

Chriſtus ea, quæ erant meræ rigoroſæ ſtrictæq; iuſtitiæ pronuntiauerat (inquit D. Aug.) iam illi pleniſsimè ſatisfecerat, modo ſatisfecerat, miſericordię, dicendo: *Vade* &c. His verbis hanc decidit definitiuè cauſam, quibus mulieri præterita ignouit, & dedit de futuro cautionem. Aduertit D. Auguſtin. quoſdam Catholicos, hanc ex D. Ioannis Euangelio expunxiſſe hiſtoriam zelo motos indiſcreto: indicabāt enim, quod ſi hæc in Eccleſia proponeretur, mulieres ſibi perſuaderent, licet adulterę, quod ab omni forent immunes ſupplicio; ſicut eodē zelo alij quoq; eraſerunt hiſtoriam ſudoris ſanguinei Chriſti, eiuſq; ab Angelo in horto confortationis, nam conſebant occaſionem prębere opinādi Chriſtū non eſſe verū Deum. Quocirca in multis textibus hęc adulterę deſideratur hiſtoria, vt ait D. Hieronymus: vnde D. Chryſoſtomus licet commentaria ſcribat in Ioannem illā nec ponit nec interpretatur, idē videtur in Theophilacto: & licet Euthymius illam exponat, prius tamen ſupponit illam non inueniri ſcriptam in textib⁹ emendatioribus. Hallucinatur, indubiè namque Canonica eſt hiſtoria, fuitq; timor inſipiens eorum qui illam ex S. Textu conati ſunt expungere, ob prędictam rationem: quinimo ſi attentè conſideres (inquit D. Auguſtinus) nō approbauit Chriſtus adulterium, nec dixit mulierē nō caſtigandā, ſed hoc tantū, quòd plenaria ſua poteſtate, deficiente partis inſtantia, illi voluit ignoſcere, quā videbat contritā, & ob pręteritū peccatum rubore ſuffuſam, ordinemq; pręſcripſit, ne poſthac in peccatum tam enorme laberetur. Vnde oportet intelligas hæc Chriſti verba ſententiam fuiſſe hac in cauſa adeo definitiuam, vt nullus poſtmodū fuerit, qui mulieri aduerſarius obloqueretur, ſed omnes illā habuerunt in omne tempus abſolutam. In quo ſicut expendit D. Auguſtinus ad Macedo. Se verum oſtendit regem, ac Dominum, imo Deum qui mulierem in omnibus abſoluit tribunalibus diuino humano, cōſcientiæ. Quocirca D. Ambroſius de hac abſolutione ſic ait: *Celebris abſolutio.* Hoc vnum inter cætera de Chriſto predixerat Iſaias iuxta lectionem Septuaginta: *Ecce Dominus Deus cum virtute veniet & brachium eius cum dominatione.* Veniet vt Deus, vt Dominus virtute, dominio, poteſtate ſublimiſsimus. Quia venturus eſt vt Deus, adducet ſecum virtutem ſupremamq; poteſtatem; & quia venturus eſt vt Dominus, brachium adferet adeo potens, vt illud pleniſsima ſit extenſurus dominatione, Dominiq; functurus auctoritate. Hoc hodie luce clarius oſtendit. Vt Deus tanta pollet virtute, vt vincula rumpat & compedes peccatorum huius adulteræ, illaque remittat, vt Dominus autem, & rex abſolutus abſoluit à pœnis adulterā, quas incurrerat poteſtate adeò iuridica, vt nullus ſit, qui mulierem abſoluenti contradicat: *Et brachium eius cum Dominatione.*

*Tract. 33. in Ioannē*

IV. Chriſtus miſericordiæ columnā apprehēdit.

*L. 2. de Adulterinis coniugijs ca. 7.*

V. Cur quidam hanc eraſerint hiſtoriam; *Lib. 2. contra. Pelag.*

*Epiſt. 54.*

VI. Chriſtus hic ſe verum Deū & Dominū oſtendit.

*Epiſt. 76. ad Studium. Iſai 40. 10.*

Hanc obijciunt Theologi quęſtionem, num Chriſtus vt homo rex fuerit, ac Dominus mundi temporalis, dū vita hac mortali viueret. Reſponſionū definit. D. Tho affirmatiuè. Quia ſicut ex ratione vnionis hypoſtaticæ reſultabat, quòd ille homo Deus eſſet, pariter reſultabat, quòd idē Dominus eſſet vniuerſalis, & abſolutus mundi, & omnium, quæ mundo continentur. Credit autē hoc dixiſſe Iſaiam, cuius ipſe verba declarat & examinat. Verum quidem eſt (inquit) quòd non habuerit huius dominij exercitium: cum non venerit, cui ſeruirent omnes, ſed qui ſeruiret omnibus, non iudicaturus, ſed iudicandus, & Patri factus obediens, ex voluntaria ſua obedientia, illis ſe ſubmiſit iudicibus, qui vitam illi ademerunt, etiam Sanctiſsimo. Verumtamen dico, quod idē magiſter Angelicus indicat, quòd illud intelligatur de communi vitæ ſuæ decurſu, in quo non ſe communiter habuit, vt Dominus temporalis, imo huius dominij recuſauit exercitium: ſed in aliquibus occaſionibus, prout ſaluti noſtræ conueniebat, realiter ſe verum Dominum oſtendit vt Dominus ſe habuit, vt Dominus proceſsit. Ita patuit, quando in ſupremi ſui oſtenſionem dominij facultatem conceſsit legioni dæmoniorum, qui corpus hominis inuaſerant, vt in porcorum gregem irruerent, illoſque aquis demergerent non ſine magno dominorum incommodo ſi etenim non ampliùs, quàm eorum Domini, habuiſſet dominum, licitum ei non fuiſſet, dare licentiam demonibus, vt illorum bona diriperent. Ipſo die Palmarum ſe Dominum oſtendit, præcipiens ſibi pullum, & aſinam per diſcipulos adduci tamquam Dominus omnium mundi bonorum abſolutus, vt tunc dicendum verumtamē hoc ſingulariter in actu perpenditur hodierno, in quo conſtat (ex mente D. Auguſtini) quod ſe Dominum oſtenderit legis Moyſaicæ, regem, & Dominum cæli, terræque independentem, cum primò in eo, quod lex diuina data per Moyſen, diſponebat, auctoritatiuè diſpenſet, vnde ſic D. Auguſtinus: *Non facit contra legem nec enim Imperator contra leges ſuas facit, quando confeſſis dat indulgentiam, Moyſes lapidat, vt Index, Chriſtus indulget, vt Rex.*

VII. An Chriſtus habuerit dominium mundi temporale.

*Opuſc. 20 de Regim Princ. l. 3. c. 12. & latius c. 15. & tertia parte, q. 50. Art. 4. ad . & 2. Opuſc. . . l. 3. c. 15.*

VIII. Aliquando hoc dominiū exercuit

*D. AVGV. locis cit. & in pſ 50. Tom. 8*

Præterea ſententia, quam pronuntiat, firma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cenſetur nedum in cælo ; ſed & in omnibus terræ tribunalibus habetur irrefragabilis. Omnibus eſt in confeſſo, quòd in legibus regum illis ſolis liceat diſpenſare, & hoc ad eorum ſpectat celſitudinem, quando caſibus vrgentibus ignoſcunt legum ſuarum præuaricatoribus. In Dei legibus ſolum diſpenſare poteſt, qui Deus eſt. Hoc Chriſtus agit, idque adeò veraciter, ac ſeriò vt dicat D. Auguſtinus: *Puto quod hac ſententiâ Domini auditâ, ſi præſens fuit etiam maritus ipſe* quod non omnino improbabile) *qui violatam (ui thori fidem vindicari poſtulabat exterritus, animum ad voluntatem parcendi ab vlciſcendi, cuſi lstate deflexit* &c. O miſericordiam omnino ſingularem?

D. Avg. l. 2. de Adulterinis coniugijs. T. 6.

IX. Cur tam tam exercerit miſericordiã. l. qq. veter & nou. teſt. q. 102. T. 4.

Q[u]i fieri poteſt, ô Domine, vt mulierem à peccato ſummè deteſtando abſoluas quam nec punias, cui nec imponas pœnitentiam? Conueniens hic erat (ait D. Auguſtinus) vt legis Euangelicæ pateret Spiritus ſuauiſſimus, quam in mundo veneral ſtabiliturus. No[u]imus omnes, inquit differentiam ſortes ab Apoſtolo Paulo repetitam inter rigidiſſimum Spiritum Moyſaicæ legis, & ſuauem blandumq; e Chriſti legis Euangelicæ. Erat autem lex illa timoris, ſtrictæ juſtitiæ, ſeuerique ſupplicij: hæc autem benignæ miſericordiæ, blandæq; remiſſionis. In huius confirmationem notare licet, quàm primùm illa lex Moyſaica publicari cæpit, opera quædam extremi rigoris, & inauditi ſupplicij. Etenim iuuenis in die feſto egreſſus in campum, vt ſegmina colligeret lignorum igni excitando, ex Dei præcepto tamquam feſti tranſgreſſor lapidibus obruitur. Cum alter non debitã nomini Dei ſeruatã reuerentiã iuraſſet, mandat Deus, vt in vnum conueniant, quotquot illum iurantem audierant, & iunctis manibus reũ lapidibus interficiant. Ob adoratum vitulum occidit, Moyſes virorum bellatorum vigintitria millia. Heu mihi Domine, quis ille rigor inauditus? Ne mireris: lex etenim, quæ præſcribitur, lex eſt timoris, lex eſt rigoris, lex eſt ſeueræ iuſtitiæ: oportet autem vt ſtatim à prima ſui proclamatione tam horrenda videantur ſupplicia.

X. Vetus lex primò rigorosè puniuit tranſgreſſores. Num. ca. 15. Leui. ca. 24. Exo. ca. 32.

Ex eadem ratione cum Chriſtus legem eſſet fundaturus gratiæ miſericordiæ, & indulgentiæ, res poſtulabat, vt ſtatim in principio actus faceret inauditæ miſericordiæ remiſſiones concederet, & abſolutiones daret effuſiſſimas. Sic legimus quod indulſerit Magdalenæ cunctorum ſententiæ peccatorum, illamque dimiſerit vno: *Vade in pace.* Eodem modo publicum vſurarium Matthæum, Samaritanam idololatram meretricem quæſtuariam, ita mulierem adulteram à legis zelatoribus tam conſtanter accuſatam vnico: *Vade*, remiſit abſolutam. Audiatur quod duobus dixit Dominus Apoſtolis ſuis Iacobo, & Ioanni, qui contra Samaritanos ſtomachati ob non receptum in ſuam ciuitatem Chriſtum plus æquo eſſe cenſuerunt, vt ilicò deſcendens ignis de cœlo, illos conſumeret quemadmodum olim in diebus Eliæ deſcendens abſumpſit Eliæ Prophetæ contemptores. Quibus ita Saluator Omnij, chariſſimi, heu quam parum intelligitis Euangelij, quod prædico, Spiritum: *eſcitis cuius Spiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere ſed ſaluare.* Hæc opera conueniens erat, vt faceret, qui legem amoris, indulgentiæ, gratiæque ſtabiliebat. Veruntamen aduertas ex D. Auguſtino quod in hac ſententia, licet miſericordiæ aliquid addat juſtitiæ, hæ namque duæ eius in operibus ſemper eluceſcunt: *Vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* Ad miſericordiã ſpectat ignoſcere, non punire, illi dicere: *Vade.* Porrò ad juſtitiam ſpectat adhortari, monere, præcipere: *Et amplius noli peccare.* Intendant (finem imponat D. Aug.) *qui amant in Domino manſuetudinem, & timeant veritatem: etenim dulcis & rectus Dominus. Ama quòd dulcis, time quòd rectus eſt. Tanquam manſuetus dixit: Tacui: ſed tamquam iuſtus: Numquid ſemper tacebo?* Eia igitur Chriſtiane, peccaſti? Accurre, & te manibus committe Saluatoris, adlabora, vt tua diſpareant peccata, tui diffugiant accuſatores: hoc etenim tibi firmiter perſuade, hoc te ſoletur, illis te non accuſantibus, non te condemnantibus, nedum te non condemnabit ille, ſed ex diuina ſua gratia plenariam dabit tibi abſolutionem, qua ſemper in gloria requieſcas Amen.

Luc. 7. 50.

Luc. 9. 54.

D. Aug. Tract. in Ioan. T. 9. 33. 10.

FINIS TOMI SECVNDI.